
CORN: HENR: À ROY. MEDICINÆ DOCTOR.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

AGENS

DE STADIO CORTICEM PERUVIANUM ADHIBENDI, IN MORBIS ACUTIS, VERO AC GENUINO; QUOUSQUE HOC, E QUALITATIBUS CHEMICIS HUJUS REMEDII, E NATURA HORUM MORBORUM, ET EX OBSERVATIONIBUS SUMMORUM IN ARTE VIRORUM DIJUDICARI POSSIT.

XL.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

AGENS

DE STADIO CORTICEM PERUVIANUM ADHIBENDI, IN MORBIS ACUTIS, VERO AC GENUINO; QUOUSQUE HOC, E QUALITATIBUS CHEMICIS HUJUS REMEDII, E NATURA HORUM MORBORUM, ET EX OBSERVATIONIBUS SUMMORUM IN ARTE VIRORUM DIJUDICARI POSSIT.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

JOANNIS MELCHIORIS KEMPER,

J. U. D. JURIS NATURAE, GENTIUM ET PUBLICI PROFESSORIS ORDINARII,

NEC NON

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE CONSULTO

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA LUGDUNO--BATAVA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

JOHANNES MARIUS VAN STIPRIAAN LUÏSÇIUS,

DELPHENSIS.

Die XXI *Martii* MDCCCXV. *Horâ* XI.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD VIDUAM M. CYFVEER, J. FIL.

MDCCCXV.

Ex Decreto Facultatis 2 Februarii 1813, judicandae sunt opiniones in Dissertatione propositae, auctoribus propriae, neque a Facultate approbatae, neque rejectae.

PATRI OPTIMO

ABRAHAMO VAN STIPRIAAN LUÏSCIUS,

MEDICO INTER DELPHENSES CLARISSIMO,

CHEMIAE LECTORI,

NEC NON COLLEGII PROVINCIALIS, QUOD, AD REM MEDICAM GERENDAM, HAGAE COMITUM SEDEM HABET,

PRAESIDI,

Hancce qualemcunque Diatriben studiorum suorum primitias, omni, quo Filium decet amore, pietate, reverentia

D. D. D.

AUCTOR.

PROEMIUM.

Si quis campum vaſtisſimum, quem Medicus percurrere debet, aut in quo vagari oportet, attenta mente conſideret, perterritus tali ac tanto labore, qui hunc in finem requiritur, aufugeret, niſi peculiari ſtimulo quaſi huc perduceretur.

Misſis etenim vel omnibus ſcientiis, ut ita dicam praeparatoriis, linguarum diverſarum exercitiis, nonnullisque ſtudiis adjuvantibus, uti Historia Naturali, Phyſica, Chemia, etc. Medicina ſtricte ſic dicta, vel theoretice ſolummodo conſiderata, ſola ſufficeret, ad magnam vitae humanae partem impendendam. Sed et hisce bene intellectis, pars difficillima adhuc restat, applicatio nempe justa ac genuina horum ſtudiorum, ut ſanitatem hominis integram ſervare et labefactatam ſanare bene ſciat.

Non ſufficit etenim cognoſcere proprietates hominis ſani, modumque quo morbi oriantur, vel quaenam medicamina, dato in caſu, in genere requirantur, ſed et ſcire oportet horum omnium qualitates, pro aetate, ſexu, temperamento, Idioſyncraſia, vitae genere, climate, conſuetudine diverſas. Sapienter eligere e tanta farragine medicaminum neces ſe est, cur hoc et non illud purgans, hydragogum, confortans etc. conveniat.

Et hisce iterum bene perpenſis non raro accidit, ut ſummus in

ar-

arte peritus, in difficili casu haereat, quodnam medicamen sit electurus, et in quonam morbi stadio illud, jamjam electum, propinaturus.

Quod si hoc non raro comperimus accidere in nonnullis morbis, vel saepissime observatur, in morbis sic dictis acutis; ubi decursus celer, laesio magna, et complicatio interdum insignis sit: hisce in casibus ergo nil restat, quam regulas compertas habere, ratione et experientia nitentes, easque consulere ac comparare, et ad lectum prudenter explorare, quousque hoc fieri possit. Hujus ergo utilitatis conscius, et laudabili majorum more, dissertationem pro gradu conscribere obligatus, materiem elegi huc tendentem, acturus

De stadio Corticem Peruvianum adhibendi in morbis acutis, vero ac genuino; quousque hoc, e qualitatibus chemicis hujus remedii, e natura horum morborum et ex observationibus summorum in arte virorum dijudicari possit.

Interim fieri aliter nequit, quin ipse sentiam, vires mihi ad opus istud nequaquam sufficere; sed et nemo medicorum a juvene, in praxi nondum penitus exercitato, quaestionem talem ab omni parte absolutam expectabit, nec jure *expectare potest.*

Quod ad ordinem attinet.

In primo capite agam de Qualitatibus Chemicis Corticis Peruviani, et hujus modo agendi in corpus animale.

In secundo capite inquiram quid sint Morbi acuti, et quinam morbi huc referri possint.

In tertio capite tandem describam, in quonam morborum acutorum stadio, Cortex Peruvianus adhiberi possit et debeat.

DIS-

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

STADIO CORTICEM PERUVIANUM ADHIBENDI, IN MORBIS ACUTIS, VERO AC GENUINO; QUOUSQUE HOC, E QUALITATIBUS CHEMICIS HUJUS REMEDII, E NATURA HORUM MORBORUM, ET EX OBSERVATIONIBUS SUMMORUM IN ARTE VIRORUM DIJUDICARI POSSIT,

CAPUT PRIMUM.

DE QUALITATIBUS CHEMICIS CORTICIS PERUVIANI ET HUJUS MODO AGENDI IN CORPUS ANIMALE.

Nullum datur forsitan medicamentum, quod, ratione temporis, quo jam innotuit, ratione famae, qua, per omnes orbis regiones, inclaruit, quodque tandem, ratione numeri tantorum in arte virorum, qui ejus naturam, et usum indagaverant, tantum nobis desi-

derandum adhuc relinquat, quam Cortex Peruvianus (1). Sive etenim quaestiones consideres, ab omni parte nondum solutas, quis sit optimus Cortex, quae species sit praeferenda, vel ex quanam arboris parte petitus aut petendus sit; sive experimenta chemica, cum Cortice instituta, consules, quaenam ejus partes constitutivae sint, vel quales esse oporteat; sive tandem in varia tentamina inquiras, sedulo facta, quibus pateat, in quonam Corticis principio ejus vis specifica haereat, ubique certe invenies difficultates, dubia, opiniones diversas. Sic LISTERUS Corticem Peruvianum rubrum, e trunco arboris desumtum (2), MORTONUS Corticem ramulorum praefert (3). WERLHOFIUS (4) vulgarem Corticem commendat, " qui masticatus gustum acrimonia et amarore multis nauseoso cum aliqua adstrictione ferit, sapore, qui ex acri et amaro velut leniter aromaticus est, cui sapori odor etiam exacte respondet; qui frangi potius debet, quam in fibras lignosas discerpi, aut in farrinam lignosam dilabi; cujus puncta passim, si fractus soli exponatur, splendescunt, fibrillae pili instar tenues abscedunt; qui colore intus est Cinnamomum referente, vel magis obscuro seu ferrugineo, extus in su-

(1) Hoc certe non convenit cum effato Clarisf. VOLTELEN ubi (*Pharm. univ. T.* 1. *p*. 293), nonnullis auctoribus, qui de Cortice Peruviano scripserunt, enumeratis, inquit " *quibus si* WERLHOFII, TRNKAE, MURRAYI, et *Societatis Medicae, servand. Civib. destinatae* (T. viij.) *opera addantur, nihil omnino circa hoc vegetabile ulterius desiderandum superest.*") Sed hoc praecipue partem medicam spectat, dum, quoad chemicam partem, sagacissimus in arte analyseos VAUQUELIN, in suis Experimentis, gallice conscriptis, sub titulo *Experiences sur les diverses espèces de quinquina.* (*Annales de Chimie T.* LIX. *pag.* 113 *et seq.* ad finem (*p.* 162) dixerit, " *L'on voit par tous ces doutes, qu'il reste encore beaucoup a faire, pour connaitre exactement le principe, ou les principes effectifs des quinquinas, dans la guerison des fievres*", *etc.*

(2) *De Hydrophobia p.* 71.

(3) *Opera. T.* 2. *p.* 98.

(4) *Opera. T.* 1. *p.* 120.

ſuperficie ſcabra, aliquanto obſcurior, fuscus, aut nigricans gryſeoque ſeu cinereo albicante ſaepe colore infectus, vel hinc inde diſtinctus et quaſi muscoſus apparet (5)."

Alii tandem Corticem ſic dictum Regium vel Luteum praeferunt, dum fere omnes inter ſe disſentiunt, quisnam cortex ſit ille, qui in initio, tempore ſuae inventionis, tantum valebat, ut vel pertinacisſima febris intermittens, unica uncia corticis, tolli potuerit (6).

Sed misſis hisce controverſiis (7) inquiremus ſolummodo quaenam

(5) Conf. MURRAY, *App. Med. T.* 1. *p.* 553. *et* VOLTELEN, *l. c. pag.* 294, *et* 295.

(6) Vide inter alios Tractatum MAYERI *von der Könings Chinarinde, und Vergleichung derſelben mit der röthen und mit der gemeine Chinarinde*, in TROMSDORFFS *Journal der Pharmacie* 4 *B.* 1 *ſt.* *ſ.* 235. et *Experimenta Cl.* VAUQUELINI antea memorata.

(7) Interim certum est plures adhuc dari Corticis ſpecies, plus minusve febrifugas a VAUQUELIN, FABRONI, HUMBOLD, BONPLAND, aliisque auctoribus, deſcriptas; ſed ſummo jure VAUQUELIN hic notat, hasce ſpecies veroſimiliter esſe varietates ejusdem ſpeciei, quae forſitan ab aetate, a ſolo, a climate, vel et a partibus ejusdem arboris diverſis dependent (*l. c. p.* 114). — Majoris esſet momenti habere certos characteres, quibus bonus Cortex distingui posſit ab eo, qui febrifugus non est; ſed quamdiu ignoramus verum principium Corticis febrifugum, tamdiu etiam ignorabimus medium, quod hic deſideratur.

Notum quidem est, Cl. SEGUIN, celebrem inter Gallos Chemicum, tentasſe experimentis directis, plus lucis, hunc in finem, adferre, et revera contendere infuſionem aquoſam Corticis bonae notae excluſive posſidere qualitatem infuſionem Corticis Quercini praecipitandi, dum e contrario Cortices malae notae praecipitent disſolutionem gelatinae animalis, et ſic non ſolum qualitates abſolutas harum materiarum dijudicat, ſed etiam menſuram qualitatum respectivarum diverſarum ſpecierum Corticis dare potest, abundantia plus minusve majori praecipitatum, quae acquirit (*l. c. p.* 117). Sed Cel. VAUQUELIN ad hanc quaestionem respondet plures dari Corticis ſpecies vere febrifugi, quae principium tannans non praecipitant.

In *Annalibus* autem *Chemicis* nuperrime editis (*T.* CXI. *p.* 273. *et p.* 304.) experimenta Cl. SEGUIN de quibus VAUQUELIN hic loquitur, deſcripta inveniuntur

nam ſint in genere Corticis Peruviani bonae notae partes conſtitutivae, ut inde derivari posſit, quaenam ſit harum actio in corpus animale, et inde pateat in quibusnam morbis, a nobis deſcribendis, dari posſit et oporteat, et in quonam morbi ſtadio.

Differunt certe, ut ſupra notavimus, ſcriptores in deſcribenda quantitate et indole partium diverſarum Corticem Peruvianum conſtituentium, et difficultas, inde exorta, non est imminuta, post experimenta hunc in finem a Cl. VAUQUELIN nuperrime inſtituta, ex quibus patet non omnes Corticis ſpecies easdem habere partes conſtitutivas; ſed in genere conveniunt omnes Corticis ſpecies bonae notae conſtare.

1°. Ex aromate quodam peculiari.

2°. E principio extractivo, ſic dicto gummoſo.

3°. E reſinae quadam ſpecie.

4°. E ſale peculiari.

Quod ad *principium Corticis Aromaticum* attinet, hoc praecipue detegitur olfactu, post pulveriſationem recenter factam, vel et post destillationem pulveris ſolius, vel cum aqua mixti, absque eo, ut ſapor ullus in ultimo caſu obſervetur (8). Interim vidit KESLER

anno 1803 *et* 1804 jam in Societate Pariensi *l'Inſtitut* dicta, praelecta, quae multum lucis in hacce re afferunt.

Conf. et HAGEN, *uber das von Hern Profesſor* GRINDEL *angegebene untruchliche Mittel die ächte Chinarinde zu erkennen* HUFEL., *Journ. der Pract. Heilk. anno* 1810. B. III. ſt. IV. ſ. 38 *et ſeq.* GRINDEL *ueber mein untruchliches Prufungsmittel der Chinarinde ib. A.* 1810. B. IV. ſt. IV. ſ. 112 *et ſeq.*; et idem auctor *uber ein Chinaſurrogät. ib. A.* 1809. B. 1. ſt. 6. ſ. 101. TOZETTI de *China nova. Memorie della ſoc. Ital. della ſcienze* (*di Modena*) *T.* XI. *p.* 531 *et ſeq.*, *in neues Journal des Ausl. Litt. von Harles und Ritter* B. 8. ſt. 1. ſ. 140.

(8) Conf. HERMBSTÄDT in *chemiſche Unterſuching der Könings-chinarinde, und vergleichung der gefundenen reſultate mit den jenigen, welcke die rothe Chinarinde und die gewöhnliche Chinarinde dargeboten haben.* TROMSDORFF, *l. c. p.* 73. *et ſeq.*

LER (9) et RAHN (10) febres hacce aqua sanari, dum pulvis residuus, utut adhuc amarus, in alio aegro, simili febre laborante, nullam efficaciam exseruerit (11). Est etiam illud principium volatile id, quod, in applicatione externa Corticis, febres aliquando sanavit (12), et quod discrimen constituit, quod inter pulverem recenter factum et vetustum observatur, nisi in lagenis bene clausis, et in statu valde compacto servetur.

Principium extractivum sic dictum *Gummosum* Corticis Peruviani differt pro varia methodo illud parandi; si nempe evaporatione infusae aquae frigidae fiat, coloris est pallide rubri, splendens, fragilis, in aere facile humescens, quare sollicite in vase clauso servari debet.

A nonnullis hocce extractum *sal* vocatur, et quidem secundum illius inventorem comitem DE LA GARRAYE, *sal Garrayanum*, sed minus recte, quoniam extracti omnes qualitates habet.

Interim certum est huic extracto multum salis inesse deqno infra agetur.

Extractum Corticis, quod praevia coctione et evaporatione paratur, a praecedenti praecipue differt, quod hic quantitas respectiva multo major, et partis resinosae multum inest, dum color altior, e fusco nigrescens et sapor mollior, gummosus, minus incitans, salinus et amarus sit.

Quod ad quantitatem extracti respectivam, in variis Corticis speciebus, attinet, haec diversimodo describitur; sed haec analyseos pars

(9) *Beobachtungen ueber die epid. Fäulfieber. V.* 1. 1771 — 72. *p.* 251.

(10) *Adversaria, T.* I. *pag.* 48.

(11) Conf. VOLTELEN, *l. c. p.* 303.

(12) Tale exemplum inter alia vidit Pater meus in infante nobiliori, febre intermittente laborante, et omne remedium recusante, ubi applicatio pulveris subtilioris, inter duo linteamina, vino rhenano adspersa, pectori ventrique apposita, febrim uno quasi ictu, debellavit. — Conf. porro MURRAY *l. c. p.* 575 *et seq.*

pars non adeo ad fcopum noftrum pertinet (13): magis interest fcire ex quibusnam principiis chemicis extractum noftrum compofitum fit, unde fimul patebit quasnam vires exferere posfit in corpore animali vivo et mortuo.

Hunc in finem ergo analyfin *Cinchonae* fic dictae *pubefcentis* (14), quae, omnibus fere titulis, cum Cinchona officinali convenit (15), a Cl. VAUQUELIN inftitutam, noftram faciemus, et hic, pro omnium exemplo, e gallico in latinum fermonem trademus.

100

(13) Si quis defideret hanc analyfeos partem rectius cognoscere, huic in finem confulere potest, praeter plurimos Materiei Medicae Scriptores, Cl. HERMBSTÄDT, in memorato tractatu et quidem *p.* 95, ubi fequens tabula invenitur.

	Cinchon. reg.	*Cinchon. rubr.*	*Cinchon. officin.*
Unciae duae Cort. amiferunt exficcando.	20 grana.	25 grana.	22 grana.
Dederunt partium conftituentium gummofo refinofarum, abftractis omnibus partibus aquofis. .	5 drachmas.	$7\frac{1}{2}$ drachmas.	6 drachmas.
Quae erant compofitae e refinae bene exficcatae	3 drachmis et 22 granis.	5 drachmis et 43 granis.	3 drachmis et 42 granis.
et e gummi, omnis aquae experti, quantit.	1 drachmae et 38 granorum.	1 dragmae et 47 granorum.	2 drachmae et 18 granorum.
Dum pars lignosa indisfolubilis fuperftes ponderabat.	11 drachm.	$8\frac{1}{2}$ drachm.	9 drachm.
	2 Unciae.	2 Unciae.	2 Unciae.

(14) *P.* 129 *et feq.*

(15) *P.* 132. *et* 133.

100 grammata hujus Corticis in pulverem fubtilisfimum redacti, et per nychthemeron in aqua deftillata macerati, dederunt liquorem transparentem auri adinftar flavefcentem, gustus valde amari, et agitatione fpumefcentem.

Liquor hicce reagentibus tractatus fequentes dedit effectus.

Gallas Alcohole folutum largam dedit praecipitationem, quae nova Alcoholis portione iterum folvebatur et nova additione aquae denuo rediit, figno evidenti, hanc materiem non pure esfe animalem, quam principium tannans inde feparat.

Liquor hicce folutiones Tartritis Stibii et Nitratis Hydrargyri praecipitat, colore ex albo flavefcente, Sulphati Ferri colorem viridem valde concentratum communicat, fine ulla praecipitatione. Collae folutio infufionem non alterat, neque fuccum Heliotropii rubefacit. — Evaporatione fubftantiam rofei coloris parietibus vafis adpofuit, ad confiftentiam fyrupi evaporata, refrigerando, novam adhuc quantitatem materiei hippocaftani coloris adinftar praecipitem dedit. — Liquor fuperftes filtratus adhuc coloratus erat, et fal continebat cinchonis proprium. Subftantia haecce fusca cum pauxillo aquae lavata valde folubilis est in aqua calida et in Alcohole, perparum in aqua frigida dissolvitur; fapor ejus valde amarus est.

In folutione aquofa hujus fedimenti Nux Gallarum praecipitatum format abundans. Tartris Stibii et Nitras Hydrargyri in ea eosdem produxit effectus, quam in praecedenti.

Sulphas Ferri inde viridefcit. — Acidum Muriaticum Oxygenatum, cum illa mixtum, odorem fuum amittit proprium et format ilico, cum hacce materia foluta, praecipitatum quoddam flocculentum.

Colla fortis hic non majorem exferit effectum quam in liquore primario; acidum Sulphuricum et Aceticum nullam hic facit mutatio-

tio-

tionem. — Mixta cum Potasſa pura nullus odor oritur ammoniacalis.

225 Grammata hujus ſubſtantiae ſiccatae, et deſtillationi expoſitae, dederunt multum aquae, aliquid Ammoniae, et tantillum olei purpurei, quod colorem ſuum amittit in Alcohole diſſolutum; hic attamen rediit in ratione evaporationis menſtrui aëri libero expoſiti.

In retorta 11 decigrammata carbonis ſupererant, quae combuſta decigramma cineris reliquerunt in acido Muriatico diſſolubilis, cum efferveſcentia, aliquid Calcis et Ferri continentis.

Evidens est ex praecedentibus, quod ſit illa ſubſtantia colorata, amara, quae, in maceratione ſpeciei Cinchonae, de qua agitur, produxit, cum reagentibus, omnia phaenomena, quae antea notavimus. — Haec ſubſtantia, et ſua natura et proprietatibus ſuis, videtur media, materias vegetabiles inter et animales. — Est veroſimiliter illa, quae principium illud efficax format, in febribus intermittentibus ſanandis ſpecificum. — Liquor hujus ſubſtantiae ſeparatus, et Alcohole tractatus, illi colorem cedebat, qui nihil aliud videtur quam portio ejusdem materiei in aqua ſuperſtitis. — Portio non ſolubilis in Alcohole conſiſtentiam habebat mucilaginis craſſioris, fere ſine ullo ſapore vel colore, in aqua valde ſolubilis, et quae diſſolutio, evaporatione ſpontanea, cryſtallos praebuit lamelloſas leviter coloratas.

Haec de extracto aquoſo frigide facto. Sed antea jam obſervavimus extractum Corticis hocce multum differre ab eo, quod praevia coctione paratur; hoc nempe inſignem quantitatem ejus materiei continet quae nomine *reſinae* nota est. — Reſina autem haecce non pura est, sed, caloris ope, principio Corticis gummoſo ſoluta, quare Cl. VAUQUELIN hanc ſubſtantiam *reſiniformam* appellat, Alcoholis ope inde ſeparabilem; quo penitus facto, ſubſtantia restat viſcoſa, coloris fusci, fere nullum ſaporem amarum monſtrans;

in

in aqua perfecte disſolubilis, neque refrigerio exinde fundum petens (16).

Ambo ergo haec extracta bene praeparata et commixta, extractum formant, quod omnes fere Corticis vires continet, excepto principio aromatico, quod evaporatione avolat, quodque nonnulli, destillatione aquoſa paratum, cum extractis commiscere jubent.

Materies illa quae *reſinae Corticis* nomine inſignitur, et Alcoholis ope inde ſeparatur, ſiccata, est ſubſtantia ex rubro fuscesſens, duriuscula, friabilis, amara, frictione digitis adhaerens, in aqua, in acidis et alcalibus plus minus ſolubilis, qua ſolubilitate a caeteris reſinis differt, uti Cl. VAUQUELIN recte asſerit, ideoque habenda est principium vegetabile peculiare, cujus proprietates chemicae nondum ſatis notae ſunt; ſed hoc principium, inquit idem auctor, non est identicum, in omnibus Cinchonae ſpeciebus; differt in illis, quae tannum et Stibium, et in illis, quae ſolummodo collam fortem praecipitant (17).

Quod tandem ad ſal attinet in Cortice Peruviani obvium, et infuſionis aquoſae ope inde extractum, antea jam notavimus, hoc ſal ſic dictum Garrayanum verum ſal non conſtituere, ſed extracti ſpeciem, cum quo quoddam corpus ſalinum, ſimul cum reſina et mucilagine, mixtum est. Hisce ambobus ultimis principiis tamen, Alcoholis ope, et repetitis disſolutionibus et cristalliſationibus ſeparatis, ſal prodit albi coloris, ſaporis fere expers, in aqua quidem, in Alcohole vero non ſolubile, ex acido peculiari vegetabili, Calce et Carbone compoſitum (18).

Si ergo omnes Corticis qualitates chemicas conſideremus, videmus Cor-

(16) *L. c. p.* 147.

(17) *L. c. p.* 159.

(18) Cl. VAUQUELIN, hoc acidum vocat *acidum kinicum*, cui, Calci unito, medici Lyonnenſes attribuere omnem vim Corticis febrifugam, affirmantes nullum da-

Cortici inesse principium aromaticum, principium amarum, principium adstringens, principium salinum acido calcareum, Ferri aliquid, et, in nonnullis speciebus, principium tannans; quae si medice considerentur, non potest non Cortex pertinere ad remedia incitantia, cardiaca, inspissantia, adstringentia, roborantia, antiseptica, quae qualitates simul optime conjunctae sunt in ipso Cortice quasi matre, mitiores vel concentratae in hujus praeparatis. — Sic nempe resina, aequali pondere, magis amara et adstringens erit, quam ipse pulvis; sic extractum aquosum mitius et magis solubile est, ipso Cortice; sic tandem sal Kinikum sic dictum majus antisepticum praebet caeteris partibus Corticem constituentibus; omnis ergo pars, aeque ac Cortex ipse, suum in praxi vindicat locum (19).

Si haec omnia etiam cum subjecti natura et cum observatis aliorum comparemus, sive Cortex extra corpus, sive intus exploretur, patet, illum, in illo casu, putredinem praecavere, in hoc praecavere et corrigere, dum solidum vivum laxum, flaccidum roborat, incitat, et hinc actionem vitalem adauget; sive hoc cum nonnullis principio amaro solo, sive adstringenti, sive solummodo vi stimulanti omnium principiorum simul adscribere velis (20).

Quod

dari febrim intermittentem, quae resistat binis dosibus hujus salis ponderis 36 granorum — etc.

Interim recte hic auctor dubitat de veritate hujus assertionis, contra quam observata quaedam opponit, dum magnum hujus rei momentum medicis commendat *l. c. p.* 162 *et seqq.*

Deschamps jam *in tom.* 48 *horum Annal.* descriptionem dedit hoc sal parandi, quod nominare proposuit *quinquinate calcaire*, dum annotaverit simul, libram integram Corticis flavi, sibi dedisse, undecim drachmas hujus salis.

Grindel interim affirmat acidum kinikum non existere in ullo corpore vegetabili indigeno, sed solummodo in illis, quae in regionibus calidioribus crescunt; uti in Gummi Kino, Catechu, fabis Coffeis crudis etc. *l. c. p.* 103 *et* 104.

(19) Murray, *l. c. p.* 568 *et seqq.*

(20) Conf. Reil, *Fieberlehre, B.* 2. *p.* 168.

Quod ad *primum* attinet; obſervationibus PRINGLII, MACBRYDI, PERCIVALLI, MAUTTI aliorumque jam dudum evictum est, carnem hominum variis morbis defunctorum, vel et ſanguinem ex vaſis extractum, cum Cortice commixta, non tam cito putreſcere (21); dum ars coriaria Corticis Quercini, Cinchonae quodammodo analogi, uſum et effectum monſtrat (22).

Quod ad *ſecundum*, nemo non novit Corticis nostri virtutes interne aſſumti, quas omnes hic repetere, neque cum nostro ſcopo, neque cum ordine hujus diſſertationis conveniret.

Si autem bene distinguimus in genere inter vires medicaminum in corporibus mortuis vel vivis exploratorum, et quidem in ſpecie hujus pharmaci, quisque intelligit magnam differentiam hic dari inter diverſos hosce caſus.

In chemica nempe actione ſimplici, qua tali mortuo, affinitates corporum agunt ſecundum regulas notas et certas, in corpore autem vivo interdum quidem affinitates mortuae, ut ita dicam, partim agunt, ſed hae non raro ſupprimuntur vel determinantur, et fere ſemper combinantur cum actione viva qua tali, ſtimulo corporis adhibiti producta. — Et ſic Cortex quidem ſimul corrigere potest materiem, in viſceribus contentam, jamjam putridam vel putreſcentem, ſed ſine dubio majori adhuc efficacia hic

(21) Conf. MURRAY, *l. c. p.* 555. — Et VOLTELEN, *l. c. p.* 349.

(22) Doct. WESTRING Corticis vim febrifugam in principio tannante (*in vi coriaria*) ſupponit, quod Cortex flavus majori copia, ſecundum illum, continet, *ſur les diverſes eſpeces de Quinquina, et ſur leurs vertus comparées, par* M. J. P. WESTRING *Medecin a Norcop en Suede. Ann. de Chimie, t.* 32. *p.* 176.

MUTIS in Corticis flavi ſpecie vel aureo (*quinquina orangé*) maximam vim febrifugam inesſe credit, et quidem in ejus principio balſamico, vide ALIBERT, *Traité des fièvres pernicieuſes ou ataxiques intermittentes in Ann. de Chimie, tom.* 41. *p.* 289, et FABRONI, *in Efemerid. Chim. Med. di Milano* 1805. *N.* III. et *Neues Journal der aüslandiſchen Litt. B.* 6. *S.* 2. *ſ.* 21 *von* HARLES *und* RITTER.

hic agit ut ſtimulans, ut adſtringens, ut confortans, motus corporis proprios excitando; ſolida laxa contrahendo, ſecretiones ſalutares conſervando, augmentando; et aequilibrium reſtituendo; in tali nempe corpore, quod hisce actionibus adhuc idoneum est (23). Si etenim vires hic jam nimis ſunt labefactatae, ſi partes corporis ſenſibiles jam nimis ſunt irritatae, ſi tandem actiones, coeterum ſalutares; jam ſunt motae in agitationes enormes, fieri nequit, quin, partibus ultra modum ſtimulatis, novi addantur ſtimuli, et aequilibrium, ſtatus normalis totius corporis vel partis cujusdam, toties turbetur.

Hoc ergo discernere, dijudicare et dirigere medici est, quod ſano ratiocinio et manu exercitata ſane optime peragitur. Sed et tyrones auxiliis non carent; qualitatibus nempe corporum, et natura morborum bene intellectis, ſedula attentio ad lectum, obſervatis aliorum fulcita, rationalem format practicum, quem hic, in ſequentibus morbis, deſcribere mihi animus est (24).

(23) Conf. *illam hujus diſſertationis partem quae de febre putrida agit.*

(24) Pulchre Cl. HECKER Medicum hic depingit rationalem, ubi inquit: „ Der „ Arz befindet ſich dabei ganz in dem Falle des Malers, dieſer lernt zuerſt Ge„ ſichter nach allgemeinen Regeln und nach Idealen zeichnen, und dan erst gelingt „ es ihm, ein treffendes Portrait des einzelnen mit ſeinen Eigenheiten darzuſtellen; „ der Arzt macht ſich zuerst mit den Idealen bekannt, die Pathologie von den „ Krankheitsformen aufſtellt, dieſe Ideale findet er aber am Krankenbette nicht wie„ der, ſzondern modificirt nach den eigenheiten eines jeden Einzelnen. *Ueber die Nervenfieber*, p. 18. (Edit. Belg. p. 10.)

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

DE MORBIS ACUTIS.

Morbus acutus quid ſit, unicuique notum est, ſed quoniam omnes, qui huc pertinent, morbos enumerare necesſe est, ut in quovis morbo vires et ſtadia remedii nostri indicentur, congruum puto hosce morbos accurate definire, ita ut haec definitio, cum ipſa rerum natura conveniat, et ſimul cum opinionibus veterum medicinae ſcriptorum quadret.

Conſulemus ergo HIPPOCRATEM qui morbos *acutos* declarat, *qui intra dies quatuordecim judicantur* (1).

Huc ergo pertinent omnes morbi febriles, qui criſin obſervare ſolent, et intra breve temporis ſpatium abſolvuntur. — Quamobrem HEURNIUS, hoc loco addit. " Enati ab humore calido et tenui cum febre continua esſentiali. — Nam qui acumen habent ob partem principem quam occupant, in criſin non veniunt, ut apoplexia. Loquitur ergo de acutis, qui febrim esſentialem habent, quique ſimpliciter acuti dicuntur." Hinc et GALENUS ait " nullus morbus, qui cum primum invaſit, celeriter movetur, decimum quartum diem ſuperavit"; et alibi " ſi ſe remiſerit, tunc excurrit longius; nam (inquit) ſunt quidam morbi, qui inaequali moventur filo, qui diebus quibusdam vehementer premunt, ſed mox eam

(1) *Aph.* 23. *lib.* 2.

eam vehementiam exuunt." — CELSUS, de morbis acutis agens, etiam dixit " hic enim breve ſpatium est, intra quod, ſi quid auxilium non profuit, aeger extinguitur", et alio loco, " nam ubi ſine intermisſionibus accesſiones et dolores graves urgent, acutus morbus est" (2).

Dum COELIUS AURELIANUS morbos acutos vocat " pasſiones celeres vel acutas"; et recentiores in hac re conſentire videntur, cum v. g. SYDENHAM, qui, de morbis acutis in genere agens ſcripſit " atque hujusmodi plane ſunt morbi isti, quos *acutos* appellamus, qui velociter ſcilicet, atque cum impetu et periculo ad ſtatum moventur." Sed hic auctor porro progreditur, et latiori ſenſu, morbos acutos deſcribit, ubi ait " quamvis, ſi minus accurate, haud tamen minus vere loquamur, isti etiam morbi pro acutis ſunt habendi, qui, licet reſpectu paroxysmorum, ſi omnes ſimul ſumantur, tardius movent, reſpectu tamen paroxysmi cujuslibet, particularis, cito atque etiam critice ad finem perveniunt, quales ſunt febres intermittentes omnes (3)." Sed de hisce ſermo hic non est, utpote in genere pertinentibus ad aliam morborum clasſem, qui perraro, ſi febrim haemitrytaeam et aliquot febres intermittentes anomalas excipias, per ſe necant, ſed vires conſumendo, functiones quasdam laedendo, et ſtatum normalem turbando, nocent. — Hisce igitur bene perpenſis, congruum mihi videtur morbos acutos appellare, tales morbos, qui uno decurſu ut plurimum progrediuntur, gravibus ſymptomatibus ſaepe ſtipati et plus minusve periculoſi ſunt, qui criſin obſervant, et intra breve temporis ſpatium judicantur.

Huc ergo praecipue referri posſunt.

Fe-

(2) *Lib.* 3. *c.* 1 *et* 2.

(3) *De Morbis acutis in genere c.* 1. *p.* 3.

Febris *Inflammatoria.*
——— fic dicta *Catarrhalis.*
——— *Biliofa.*
——— fic dicta *Flava.*
——— *Nervofa.*
——— *Putrida.*
——— *Eruptiva.*

Omnes etenim hi morbi uno decurfu ut plurimum progrediuntur, gravibus fymptomatibus ftipati et plus minusve periculofi funt, faepe crifin obfervant, et intra breve temporis fpatium, qua tales, judicantur.

In perfequenda autem nostra thefi animus mihi est hosce morbos breviter defcribere, fimplices qua tales, et absque ulla combinatione (4) ut ab auctoribus fide dignisfimis funt notati, quo accuratius patebit, *ubi*, *quando*, et *quare* Cortex Peruvianus, justo titulo, adminiftrari debeat nec ne.

(4) Hic ergo fermo non erit de febribus anomalis, quae vel complicatione quadam compofitae, vel dubiae naturae funt, quarum haemitritaeus, febres larvatae, febris fic dicta bellica HUFELANDI, febres castrenfes, nofocomiales, carcerum, febres gastricae, pituitofae, puerperales, verminofae etc. exempla praebent. — Conf. V. D. HEUVEL, *de variis febrium, morborumque febrilium complicationibus et fucfesfionibus inter fe et cum aliis morbis, et de variis confufionibus fignorum hinc natis, diagnofin difficilem reddentibus*, in *Tentam. Nofol. Lugd. Bat.* 1787. *p.* 247 *et feq. et de febribus anomalis et larvatis p.* 295. et MORTON, SYDENHAM, BIANCHI, WERLHOFF, ALIBERT etc. In hisce ergo fimpliciter defcribendis, qua talibus, confufio illa vitari potest, quae tot ac tales dedit difcrepantias opinionum, inter auctores, et de caufis, et de natura, et de methodo fanandi morbos fporadicos, in genere, et epidemicos in fpecie; genio ac natura morbi cujuslibet fpecifici etenim bene notis, complicationes melius dijudicari posfunt.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

IN QUONAM MORBORUM ACUTORUM STADIO CORTEX PERUVIANUS PROPINARI POSSIT ET DEBEAT.

Cum in analysi chemica vidimus Corticem Peruvianum gaudere principio aromatico, amaro, adstringente, salino-acido-calcareo et martiali, dum nonnullae hujus species tannum contineant, eumque exinde pertinere ad remedia incitantia, inspissansantia, adstringentia, roborantia (1) et antiseptica, facile est dijudicare in quibusnam morbis acutis, et quo tempore in genere Cortex noster conveniat.

In omni ergo morbo acuto, coeteris paribus, Cortici locus est, ubi vera adest debilitas (2), ubi fibra laxa (3) flaccida, iners est; ubi pulsus debilis, parvus, lentus, mollis, repens; ubi respiratio lenta sed libera, aequalis; ubi lingua humida, vel ad humiditatem proclivis est, ejusque in margine sordes separari incipiunt; ubi ejus color neque nimis exaltatus, vel ejus epithelium nimis sensibile est

(1) Conf. RÖMER, *Diss. Med. Ther. inaug. de remediorum roborantium notione, accuratius, quam vulgo fieri solet, determinanda. Traj. ad Rhen. Ao.* 1811. *et* HUFELAND *Algemeine Therapie*, §. 87.

(2) Vide V. D. HORST, *Diss. inaug. de debilitatis morbosae natura et differentiis, accuratius determinandis. Trajecti ad Rhenum.*

(3) Conf. VOLTELEN, *l. c. pag.* 355 *et seq.*

est. — Ubi praecordia non dolent, ubi ventriculus vel intestina non impura, vel, materie tumefcente, repleta funt; (4) ubi urina non penitus limpida, vel urens, coloris exaltati, biliofa quafi redditur; ubi fedes non deficiunt vel nimis folutae funt, ubi conamina naturae medicatricis, aut debilitate, aut duratione morbi, non totidem fufficiunt ad crifin promovendam; ubi crifis nimis prolixa est vel nimis longe protrahitur; ubi fanguis vel alius humor inquilinus, vitae necesfarius, nimia quantitate effluxit, five artificiofe, five fortuito; ubi fecretiones nimis prolixae funt; tandem ubi febris, aut vehementia fua, aut duratione, omnes vires confumit, fpecifice et fere ubique certe, fi febris fit vere intermittens, faepe, fi fit intermittentis originis (5), rarior in veris continuis remittentibus, perraro, fi umquam, in continuis continentibus (6).

Hisce igitur fundamentis generalibus nitens, progrediar, in explorando ftadio morbi cujuslibet, antea notati, in quo Cortex propinari posfit, et quidem primo in

FEBRE INFLAMMATORIA.

Febris inflammatoria (7) *non tam facile* juste definitur. — Claris-

(4) Pulchre hic MURRAYUS „ fi plethora laborat (aeger), venae fectio; „ fi diathefi inflammatoria, antiphlogistica administranda; fi primae viae fordibus „ fcatent, vomitoria, quae praestant, vel purgantia usurpanda; fi obftructiones „ viscerum invaluerunt hisce, quantum fieri potest, referandis commodis refolven- „ tibus profpiciendum", *l. c. p.* 559.

(5) Vid. HOFFMANN, *Med. Rat. Systh. Tom.* II. *Sect.* I. *cap.* 1. *operum. Tom.* II. *p.* 16. §. 5. *p.* 17. *b. U.* 21. *p.* 20. *Obf.* V. *in epicrifi p.* 20. *b. Obf.* VI. *in epicrifi p.* 22. *Obf.* XI *in epicrifi.* WERLHOFF, *de febribus p.* 54. GRAINGER, *febr. anomal. p.* 113. *et feq.* TORTI, *febr. period. p.* 27. *et* VOLTELEN, *l. c. pag.* 334. *et feq.*

(6) Conf. MURRAY, *l. c. p.* 578. *et feq.*

(7) *Synochus imputris* GALENI, *Synocha fimplex, et acuta fanguinea* HOFF-

MAN-

rissimus Praeceptor noster OOSTERDYK hanc appellat " febrim continuam acutam, quae oritur a sanguine phlogistico (8)". Secundum Cl. SPRENGEL pars dicitur inflammata, si symptomata impulsum sanguinis continuum, cum laesione actionum inde exorta, notant (9)", dum post divisionem inflammationis in externam et internam, in descriptione hujus ultimae, addit, " interdum totum corpus sympathice afficitur, quo febris oritur, nonnunquam pro specifica habita, et signis suis specificis pro febre inflammatoria indicata (10)."

REIL inflammationem, " morbum specificum principii vitalis vasorum sanguiferorum appellat, cujus symptomata continua sunt rubor, calor, dolor et exsudatio (11)."

Dividit autem imflammationem in *synocham*, *typhum* et *paralysin*: prior ad febrim inflammatoriam veram, acutam vel sthenicam; secunda ad febrim inflammatoriam sic dictam spuriam, chronicam, passivam, asthenicam Auctorum (12), pertinet; dum paralysis vaso-

MANNI, *febris continens vel synocha* STAHLII, *continua non putris* BOERHAVII, *febris inflammatoria simplex* HUXHAMI *et* [illegible], *simplex inflammatori fever* BROCKLESBEI *et* PRINGLII; *febris inflammatoria* STOLLII, *Synocha* SAUVAGESII *et* CULLENI, *fievre angiotenique* PINELLI.

(8) *Praecept. Med. Pract. p.* 38.

(9) *Entsundet neunt man einem Theil, wenn er die Erscheinungen des fortdauerden Andranges des Bluts und die dadurch erfolgten Verletzungen der Verrichtungen zeigt. Handbuch der Pathologie ed.* 3. *th.* 2. *p.* 185.

(10) *Es phlegt aber auch der ganze korper in Mitleidenschaft gezogen, und ein Fieber erregt zu werden, welches man sonst für ein eichentumliches gehalten, und von ihm bezondere Merkmahle unter dem Namen des Enzundungsfiebers angegeben hat, p.* 188.

(11) *Entsündung (inflammatio, incendium, phlegmone, phlogosis) ist eine eigenthumliche krankheid der Lebenskraft der Blutgefässe, deren bestendigste Zufälle Röthe, Geschwulst, Hitze, Schmertz und Ausschwitzung sind, l. c. p.* 207 *et* 208.

(12) Conf. V. D. HEUVEL, *de inflammationibus chronicis, l. c. p.* 160.

ſorum oppoſitum ſtatum indicat. — Hic nempe vaſa morboſa amiſerunt vel partim vel penitus omnem incitabilitatem et actionem, et, in altiori gradu, etiam vim vegetativam (*vegetationsvermogen*)."

Magis distincte, uti mihi videtur, morbi inflammatorii definiuntur a nob. V. D. HEUVEL, "ut morbi ab impetuoſa actione vaſorum circulatoriorum, humores circulantes alicubi, majori vi et copia, propellente, quam ſano in ſtatu, cum violentia vaſorum, in quae impelluntur, reactione, et aucta hinc humorum et vaſorum mutua actione et reactione cum ſuis effectibus (14)." — Dum febrim ipſam inflammatoriam universalem *ſynocham pure phlogisticam* nuncupet, et qua talem enumeret inter " febres a praeternaturali irritamento praecipue ſpendentes, intenſitate vis vitalis et hinc tono praeternaturaliter aucto, praeſertim in ſystemate circulatorio (15)."

Quidquid ſit, ſymptomata hujus morbi ſunt, " ardor intolerabilis; ſiccitas partium plerarumque; urina pauca, rubra, ardens; alvus clauſa prius, post ſaepe liquida; anxietas; delirium; convulſiones; vigiliae; pulſus durus, plenus, celerrimus; reſpiratio denſa, cita, anhéloſa, calida; tusſicula; ſitis intenſa (16)."

Si ergo haec ſymptomata, et ipſius morbi cauſa proxima, ejusdemque effectus, comparentur cum notis Corticis Peruviani qualitatibus chemicis, et cum regulis generalibus, in initio hujus capitis deſcriptis, nullus practicus rationalis hunc praeſcribere audebit; omnia etenim ſymptomata, jamjam ſatis grauia per ſe, graviora exinde redderentur; tenſio, ſiccitas, anxietas, aliaque.

Et hoc est quod convenit cum effato magnorum in arte virorum

(13) *L. c. p.* 234.
(14) *L. c. p.* 136.
(15) *L. c. p.* 231.
(16) OOSTERDYK, *l. c. p.* 38.

rum, qui de hoc Cortice, vel ex profesſo, vel in tranſitu ſcripſerunt, exceptis nonnullis, quorum Cl. VOLTELEN catalogum enumerat, hac in re quodammodo disſentientium, ſed majorem numerum aliorum ſimul deſcribit, qui theoriam ſanam hancce defendunt, ex quorum omnibus unum et quidem WERLHOFIUM, ſummum ceteroquin Corticis praeconem, et inter defenſores coryphaeum, in ſcenam producit, dum diſertis verbis inquit " nocere potius quam juvare posſe videtur in febribus naturae continentis, praecipue ἐπακμαςικῆς inflammantis, ſuppurantis, catarrhalis, exanthematicae, acutae, et quarum typus, nullo adhuc remedio ſpecifico reperto, ante ſui temporis decurſum est inſuperabilis, quamvis periodis quotidianis, vel vagis, intermittentium indolem mentiantur, vel ex illarum genere, per transmutationem, natae ſint etc. (17)."

Roborantia, ad cauſam materialem harum febrium tollendam, minime conveniunt, inquit HUXHAMUS (18).

Ait tandem Cel. VOLTELEN, " nocet vehementer Cortex, ubicumque inflammatoriae diatheſis ſigna adfuerint, fibrarum tenſio rigida, ſtricturae ex ſtimulo inflammatorio genitae, ardor, ſiccitas, vaſorum immeabilitas, humorum auctus cum denſitate motus, pulſus durus, fortis, tenſus etc. (19).

In omni ergo febre inflammatoria, ſive haec ſit vehemens ſynochus, ſive ſit ſimplex Auctorum, ſive hae per ſe ſint ſimplices febres ſyſtematis vaſorum ſanguiferorum generalis, ſive quadam inflammatione topica ſtipatae ſint, Cortex nocet, et inde regula practica reſultat, quod, ſi venae ſectio, optimum illud remedium

ſic

(17) *Opera T.* I. *p.* 39 *etc.*

(18) *T.* I. *p.* 299.

(19) *L. c. p.* 348. Qui plures auctores hunc in finem conſulere cupit ſcripta legat SYDENHAMI, BOERHAVII, MORTONI, SWIETENI, HUXHAMI, STOLLII; et MURRAYI *Apparatum p.* 580 *et ſeq.*

ſic dictum antiphlogisticum, e natura morbi indicatur, Cortex indicari nequit.

Donec etenim ſtadium illud tenſionis vaſorum durat; donec indicatio refrigerans et relaxans, e natura morbi, requiritur, Cortex contraindicatur; nec hic umquam convenire poteſt, niſi eo tempore, quo energeia vaſorum, aut vehementia morbi, aut reſolutione, aut criſi incipienti, aut criſi facta, labefactata, aut deficit aut deficere incipit, aut corpus ipſum ad gangraenam vergit (20).

In omni ergo caſu, ubi ſtadium tenſionis, ſtatus hic vere ſthenicus in ſtadium laxitatis, in ſtatum vere aſthenicum, tranſiit, viresque langueſcere incipiunt, adeoque non amplius valent vel ad criſin quandam formandam, vel ad hanc, jamjam formatam, continuandam, vel, ad reſolutionem peragendam et perficiendam, vel tandem ad ſuppurationem, praecedentis inflammationis ſequelam, ſustentandam, Cortici, ut remedio ſumme confortanti, naturaliter locus est. — Quae omnia cognoſcuntur, vel ex ſignis generalibus, vel ex particularibus.

Si nempe ardor ille diminutus, ſi ſiccitas univerſalis pro mollitie humida mutata ſit, ſi lingua madeſcere incipiat, ſi urina copioſior, blandior, et limpidior ſecernatur, et ſedimentum leve, initio nubeculae inſtar pendens, dein ſubſidat, ſi anxietas ad praecordia minor, delirium minus vehemens, pulſus durus in mollem, celer in tardiorem, et frequens in rariorem tranſiit; ſi tandem reſpiratio longior, liberior fiat et facies minus rubeat; vel ſi languor univerſalis, decubitus ſupinus pasſivus, leve delirium, ſymptomata nervoſa, alvus putrida, petechiae, maculae gangraenoſae etc. ſuperveniant, tunc, in ratione intenſitatis horum ſymptomatum, Cortex pro-

(20) Si post topicas inflammationes gangraena oriatur, et puogeneſis non bene procedat, vel, loco puris, ichor ſecernatur, nullum remedium Cortice praeſtantius interdum invenitur: Conf. MURRAY, *l. c. p.* 605—614.

propinari interdum potest et debet, five haec fymptomata exorta fint violentia febris, five mala pertractatione, five venae fectionibus immodicis (21).

Prodesfe caeterum Cortex potest in Typho fic dicto inflammatorio REILII; in inflammatione fic dicta impura chronica vel pasfiva (22), ubi nempe inflammatio dependet ab aucta fenfibilitate, quod non raro in morbis nervofis accidit (23), vel, in posteriori cafu, ab imminuta exergeia (24).

In febribus inflammatoriis continuis proteiformibus, ex intermittentium fomite ortis, tandem Cl. VOLTELEN et Corticem concedit, fed caute addit, " modo non febres inflammatoriae typum intermittentium dolofe induerint, uti factum fuisfe notavit PRINGLE (25), fed fimul Corticem vehementer nocuisfe (26)."

FEBRIS CATARRHALIS.

Cl. SPRENGEL febrim catarrhalem " febrim appellat asthenicam, mitisfimam, ubi membrana Schneideriana et viae aëriferae prae-

(21) Conf. Cl. VOLTELEN, *l. c. p.* 347.

(22) Conf. HUFELAND, *Beobachtungen etc. Journal B.* 7. *St.* 1. *f.* 205 *et feq.* (Ed. Belg. *p.* 133 *et feq.*)

(23) Vid. REIL. *l. c. T.* I. *p.* 571. *et T.* II. *p.* 277. *et* 278.

(24) In inflammationibus chronicis interim, (monente SELLE, *l. c. p.* 362), cavendum, ne methodus fic dicta antiphlogistica fit nimis fortis vel nimis longe protrahatur. — Symptomata etenim inflammatoria hic obvia interdum fubito in ftatum oppofitum tranfeunt. — Summum morbi punctum vel ἀκμή, ubi morbus nempe non amplius increscit, monente Patre, non raro hic periodum fistit, ubi potest Cortex caute, et interdum juste propinari debet. Pulfus hic ut plurimum omnia alia figna diagnostica praecedit, dum fubito mollior, debilior et frequentior fiat, et postea alia fymptomata pasfiva fequantur.

(25) *De Morb. Castr. p.* 125.

(26) *L. c. p.* 347.

praecipue patiuntur, altiori ſenſibilitate, et fortiori humorum impetu (27).”

Latiori ſenſu definitur a Cl. v. D. HEUVEL, ubi inquit, „ est Typhus cum diſpoſitione ad rheumatiſmum, a ſuppreſſa perſpiratione, et inde inquinata humorum maſſa per materiam, quae per hanc excretionem eliminanda erat, praecipue dependens” (28).

Dolet autem in hoc morbo totum corpus, praecipue caput et membra; horroris, frigoris, caloriſque viciſſitudo reperiuntur; oculi rubri, lacrymoſi ſunt; naſus ſiccus, ſenſibilis; interdum ſternutationes, guſtus impurus; vox rauca; lingua ſicca, rubra, alba, glutinoſa; appetitus depravatus est; interdum amarities et ſenſatio plenitudinis obſervatur; variat alvus; urina ut plurimum minor, limpida, pituitoſa.

Haec ſigna interdum febrim praecedunt, interdum ſimul incidunt, quibus, ſi morbus ingraveſcit, motus ſpasmodici, pulſus par-

(27) „Ein asthenisches Fieber, in gelindesten grade, wobey die Schneider-„ſche Haut und die Luftwege hauptſachlich an erhöhter Empfänglichkeit und „verſtarktem Andrang der ſäfte leiden, heiszen katarrhalfieber” *p.* 150.

Auctor hic febrim catarrhalem ſuam ad febres remittentes (*nachlasſenden*) refert, dum *alio in loco*, de hisce febribus in genere agens, dixit (*p.* 35). „Limites inter ſigna continuitatis et remisſionis non ita apertos esſe inter nonnul„las febres, ut haec differentia asſumi posſit.”

(28) *L. c. p.* 244. Exempla vide apud SYDENHAM, et HUXHAM *de morb. Epid.*, op. T. I. p. 286. et ſeq. et STOLL. *R. M. p.* 11. *p.* 30, 32; *p.* 3. *p.* 138; et pasſim: HEBERDEN in *Medical Transactions V.* I. *p.* 437, ubi deſcriptio occurrit febris catarrhalis, quae menſe Junio et Julio Anni 1767, Londini regnavit: erat autem haec phlogoſi ſaepe multa juncta: GRANT'S *Obſervations on the late Influenza etc.* Lond. 1775 et 1782. CRELL, *Disſert. hiſtoriam Catarrhi Epid: anni* 1782 *ſistens*, defendet LVNGUTH: MICHEL, *Geneesk. verh. over de oorzaken, onderſcheiding en geneziug der Febres Catarrhales*; HAMILTON, *Deſcription of the Influenza.*

Vide et SPRENGEL *de Influenza l. c. p.* 56 *et* 57.

parvus et frequens, refpiratio difficilis, palpitationes et fomnolentia junguntur (29).

Si autem febris regulariter decurrit, aucta et abundanti perfpiratione, interdum per nychthemeron, ut plurimum, vel inter tres, vel plures dies folvitur, dum urina hypostatica infequatur.

In tali ergo morbi decurfu nunquam fere Cortex indicatur.

Si autem fudor nimis copiofus fit, fi urina, coeterum critica, fedimentum nimis copiofum praecipitet; fi febris ultra modum perduret, vel vires deficere incipiant, tuto et necesfe Cortex propinari potest et debet (30).

Non raro autem hic morbus, vel ab initio, vel in fuo decurfu, cum aliis complicatur morbis, vel in alios tranfit, five epidemia regnante, five crifi imperfecta, five debilitate, five mala pertractatione (31).

Prima complicatio, fecundum Cl. MICHEL est cum difpofitione inflammatoria; fecunda cum eryfipelate; tertia cum pituita; quarta cum materie biliofa (32).

Praefero autem distinctionem inter febrim catarrhalem fimplicem, de qua fupra egimus, inter febrim catarrhalem inflammatoriam, inter febrim catarrhalem biliofam, et inter febrim catarrhalem fic dictam malignam (33); dum eryfipelas et pituita referri posfint ad fymp-

(29) Qui plura hujus morbi fymptomata cognoscere cupit confulat hunc in finem Cl. MICHEL, *lib. cit.*

(30) V. D. HEUVEL *l. c. p.* 244—246 *et* SPRENGEL *l. c.*

(31) Conf. MICHEL *l. c. p.* 95, 96, *et p.* 101, *et* V. D. HEUVEL *l. c.*

(32) Vide MICHEL, *p.* 56, 57, *et feq.* et SPRENGEL *l. c. p.* 54, V. D. HEUVEL *l. c. p.* 257.

(33) Febrim catarrhalem malignam dico talem febrim, ubi materies catarrhalis fic dicta, jam ab initio, absque alia fenfibili praegresfa laefione, adeo cerebri nervorumque energeiam fuffocat, viresque prosternit, ut omnes corporis functiones plus minusve laedantur, et affectio nervofo-putrida in corpore oriatur; dum

symptomata plus minus rariora, quae ad essentiam febris catarrhalis, qua talis simplicis, non pertinent.

FEBRIS BILIOSA.

Febris Biliosa (34) est febris continua remittens, in qua bilis, aut quantitate, aut qualitate peccat (35).

Symptomata hujus febris sunt capitis dolor, saepe gravissimus, ita ut caput veluti disrumpatur; subinde adest faciei rubor, oculorum quasi scintillatio, sed plerumque faciei color χλωρὸς, id est cum virore pallidus, qui et non raro album oculorum inficit; lingua sicca, sordida, flavescens invenitur; appetitus depravatus est; sitis ut plurimum vehemens; labium superius et maxilla tremula; pondus ventriculi et dolor ejus adest, si contractetur; hypochondria tensa, elevata, dolentia, dolore acuto, gravante; borborygmi, fla-

dum autem complicationes, quoad earum naturam et decursum, vel ad febres inflammatorias, vel ad biliosas, vel ad nervosas, vel tandem ad putridas pertineant, earum cura naturaliter ad has ordinari debet. Conf. *Specimen pathologicum med. inaug. quo inquiritur in propriam malignitatis notionem a* JACOBO PARADYS *Lugd. Bat.* 1807.

(34) *Febres a bile* HIPPOCRATIS (*de morb. L.* 2. *S* 37). *Febres mesentericae* BAGLIVII (*op. p.* 51). *Febres gastricae* BALLONII (*oper. L.* 2. *Epid. p.* 78). *Febris biliosa* STOLLII *Rat. Med. T.* I. *part.* 1. *Febris gastrica* SELLII *l. c. p.* 216. *etc. Synocha cholerica* VAN DEN HEUVEL *l. c. p.* 127 *et* 233.

(35) Plerique autem auctores hanc febrim inter febres sic dictas gastricas vel saburrales locant enumerantque, quae complicatio certe non raro accidit, dum autem pura consistere potest, et sic speciem constituit propriam, illam, qua talem distinctam, describere et pertractare placuit.

Conf. et Prof. THUESSINCK in *Geneesk. Waarn. omtrent de ziekten welke in het Nosoc. Acad. van de Universiteit te Groningen van Sept.* 1804 *tot Junij* 1805, *zijn behandeld, p.* 32. *et seq.* et DE WIND, *de morbis vero et stricto sensu biliosis.*

flatus; levis et fponte orta diarrhoea infequuntur; urina jumentacea; fedes putridae et acres; debilitas fubitanea; naufea; vomitus; anxietas; inquietudo; oculorum nictus, et interdum fudor vere putridus (36).

Sive autem haec febris fimplex fit biliofa, qua talis, five gastricae complicationis; ingenere distingui poteft in fthenicam et afthenicam (37); ille *ardens* vel *caufus* (38) appellari potest, dum haec ad complicationes catarrhales nervofas vel putridas referri poffit.

Quidquid fit, fi fymptomata et fcriptores celebriores confulamus, facile patet, hepar, organum illud bilem fecernens, in febre nostra fimplici biliofa, in actione inordinata verfari. Prima ergo indicatio est ftimulum demere vel derivare, et effectum, materiem biliofam, evacuare (39).

Prima indicatio autem variat pro varia caufa. Si nempe fanguinis orgasmus hepar petens, aut fua copia, aut qualitate fua, organum hocce irritat, vena fecanda vel ejus difpofitio emendanda est. — Si e contrario materies catarrhalis, rheumatica, faburralis, vel alia materia morbofa hepatis actionem adaugeat vel depravet, diluentibus, diaphoreticis, veficantibus, refolventibus, eccoproticis vel et emeticis opus est, fi materies turgeat (40), quo fimul alteri in-

di-

(36) Conf. BIANCHI *hist. hep. p.* 2. *et* 3. V. SWIETEN *T.* 2. STOLL. *R. M.* *p.* 3. *et* MICHEL *l. c. p.* 62.

(37) SPRENGEL, *l. c. p.* 132.

(38) Conf. OOSTERDYK SCHACHT, *Instit. Med. pract. ed. Traject. ad R. p.* 20 *et feq.* SELLE *l. c. p.* 231. VAN SWIETEN *Comm. T.* II. *p.* 444. V. D. HEUVEL *l. c. p.* 234. *Not. a*, et REIL *l. c. B.* 2. *p.* 50. §. 14.

(39) Necesfe est in hoc cafu prolixius, et de aliis indicationibus, agere, ut inde pateat quo tempore, quoque loco, remedium nostrum heroicum conveniat.

(40) " Mobili hac colluvie reddita, inquit SELLE, vel ex masfa fanguinis ad intestina delata, HIPPOCRATIS loquendi more, tunc turgida est. — Turget autem vel fupra vel infra. — Materies circa ventriculum vel fupra turgescens, fequentibus fignis, fefe manifestat: lingua fqualida, ita ut illa fordities digito defumi

pos-

dicationi fatisfiat; fanguis autem, in hoc cafu, porro corrigitur diluentibus, refrigerantibus, acefcentibus, fructibus vegetabilibus recentibus, acidis vegetabilibus et mineralibus.

In febre biliofa ergo, qua tali, per fe Cortex nunquam propinari poteft e natura morbi (41).

Fieri autem aliter nequit, quin corpus, aut ipfa morbi vehementia aut indole, aut tentaminibus naturae luctantis, aut arte interdum debilitetur adeo, ut confortantibus uti necesfe fit.

Si nempe febris adeo fit vehemens, aut talis indolis deleteriae, ut fubito diathefis putrida oriatur (42), quod non raro in febribus

posfit. — Anima foetida, naufea, conatus vomendi, vomitus biliofus vel pituitofus. Senfus molestiae circa praecordia. — Extremitatum frigus. Inquietudo et anxietas. — Dolores artuum, cephalalgia, fufurrus aurium, oculorum caligo, vertigo. — Materiem autem infra turgere, vel intestinis infidere, fignificant genuum gravitas; lumborum dolor; ventris diftenfio; murmura et tormina; alvi egestiones liquidae, corruptae, acres", *l. c. p.* 219 *et* 220. Conf. et STOLL, *R. M.* pasfim, et THUESSINCK *in Gen. Mag.* D. I. ft. 3.

(41) PRINGLE obfervavit febrim biliofam caftrenfem, t. t. regnantem, ufu praematuro Corticis diathefin inflammatoriam induisfe, *over de Legerziektens h.* 4. §. 1—5. et STOLL, *R. M. p.* 1. *p.* 22. inquit. „ Cortice Peruviano rarius ufi fumus, nifi continua remittens in perfectam intermittentem fatisceret, quae, corpore licet repurgato, nihilominus perfifteret, et virium debilitate aleretur. Securius tunc Cortex dabatur, nec tam facilis erat in febrim relapfus, rejecto dudum mali fomite." Sed hic fimul attendendum est, quod hic agebatur de conftitutione epidemica biliofa inflammatoria.

(42) "Morbi biliofi, quos aestas et autumnus gignit, feptici quid maligni„ que ferunt, aut in malignos facillime mutantur," inquit STOLL, *R. M. p.* 1. *p.* 24.

Putridae febres fubinde aliam labem humorum admixtam habent, quorfum fpectat biliofa, fed et in hisce eximius Cortex ad putredinem coercendam, et gangraenam arcendam, modo mitigata fuerit febris, et evacuantia praemisfa; alias enim febrem inflammatoriam produxit: (PRINGLE, *Difeaf. p.* 200, HILLARY, *Difeaf. of Barb. p.* 164, MURRAY *l. c. p.* 584.

bus biliosis nonnullis epidemicis fit (43); vel, si molimina critica non sufficiant ad materiem coquendam et expellendam; vel tandem, si abusu refrigerantium, emeticorum vel purgantium, vires languescant, tum certe, debitis sub conditionibus, Cortex administrari potest (44).

Hic autem videtur bene inquirendum esse.

1°. Si omnis dispositio phlogistica sic dicta absit;

2°. Si materies peccans sit expulsa.

3°. Si fons materiei peccantis sileat; et tandem

4°. Si vires aegri absolute hoc medicamentum requirant.

Quod ad *primum* attinet, in historia febris inflammatoriae jam sa-

(43) MICHEL de medicamentis evacuantibus et simul *antisepticis* in febribus catarrhalibus biliosis loquens addit " doch de voorzichtigheid eischt veeltijds de-
„ ze middelen saamtevoegen met den *Peruviaanschen* bast, voornamelijk wanneer
„ de lijder zwak en de koorts hevig is; ik heb in een aantal zieken het nut
„ dezer handelwijze waargenomen, ik heb mij elders daarover breder uitgelaten,
„ en ik zie met vermaak, dat deze geneeswijze, ook van beroemde Genees-
„ heren, welke de constitutie van ons Vaderland, en deszelfs inwoonderen van
„ nabij kennen, als nuttig aangeprezen wordt." *Waarn. van den Heere de* MAN *in Epid. N. C. nov. Tom.* VII. *l. c. p.* 121.

(44) SELLE hic notat " si quando ex nimia primarum viarum debilitate nova
„ semper colluvies gignitur, decoctum Corticis Peruviani propinari potest, qui
„ simul antiseptici medicamenti virtute praeditus est" *l. c. p.* 255.

ONTYD As thus, inquit, in these cases the sordes of the primae viae origi-
„ rate from the weakened tone of the primae viae, and are frequently nothing
„ but the effects of the too long protracted use of resolvents and evacuants,
„ the natural inference is, that such remedies are by no means calculated to
„ remove the disease, but that the medicines, indicated here, are tonics; such as
„ astringents, bitters, *bark*, steel, alun, snake root, and wine, by the use
„ of which the foulness of the tongue, the depraved taste in the mouth, the
„ sense and weight of fulness in the stomach, gradually disappear, the appetite
„ returns, and the patient 's health is perfectly restored", *l. c. p.* 140 *et* 141.

ſatis de hacce materie dictum est, dum STOLL (45), REIL (46), TOMMASINI (47) et multi alii Corticis uſum, vel in ultimis complicationibus, vetent. — Hic ergo bene attendendum quomodo pulſus ſe habeat, ſit ne durus ac celer, an vero relaxatus et frequentior; ad reſpirationem, ſit ne libera, profunda nec ne; ad linguam, ſit ne ſicca, arida, humescens aut crustoſa, etc.

Quod ad *ſecundum*. " Impura corpora, quo magis nutriveris, eo magis laedes" effatum jam erat Hippocratis (48), quod hic idem est ac confortare, ideoque haec corpora purgare antea necesſe est, quousque hoc fieri posſit (49). Modus autem purgandi hic dependet a levamine ſymptomatum et ab intenſitate virium, ad quas dijudicandas pulſus et qualitates ſenſibiles alienatae contribuunt.

Quod ad *tertium*. In hoc caſu praecipue attendendum ad cauſam materiei peccantis, ſive haec ſita ſit in materie vagante, ad hepar delata, ſive in alio irritamento deutero vel ſympathico, quod necesſario, ſi hoc fieri posſit, amovendum est (50).

Quod

(45) Vid. notam 41.

(46) " Hat das Fieber den Character der Synocha, ſo musſem wir denzelben „ erst heben" (ſecundum *Systema Reilianum* Synocha febris est; ubi incitabilitas ſolito major est); " theils durch die continuation des Fiebers; theils durch die „ antiphlogistiſche Methode. — Die China bringt by diezem character leicht ein „ anhaltendes Fieber, oder ortliche entſundungen hervor", *l. c. T.* 2. *p.* 166. *No.* 5.

(47) " Quel est celui qui, d'après une theorie exagérée, oſe ſoigner avec „ confiance un malade, qui préſente les ſomptomes ſusdits de la fièvre bilieuſe „ (ſthenique) par l'uſage du kina, kina"? *Recherces pathologiques ſur la fievre jaune. Paris* 1812 *p.* 162.

(48) Aphor. II. lib. II.

(49) " Wir halten mit dem gebrauche der ſchwachendem und auslerenden Mit- „ tel ſolange an, als ſie die heftigkeit der Anfalle vermindern; vermehren ſie „ dieſelben, ſo ſetten wir ſie aus." REIL *l. c. p.* 166.

(50) Et hoc est quod convenit cum opinione aliorum, inter quos REIL nomi-

Quod tandem ad *quartum* attinet. Dantur sine dubio casus, ubi debilitas tanta est, ut interdum licitum sit, in hoc morbo, Corticem praescribere, etiamsi priores conditiones non omnes, vel solummodo pro parte, sint observatae, id, quod in hisce casibus facilius fieri potest, quoniam in tali debilitate rarior dispositio inflammatoria observatur, sed magis in genere proclivitas ad putredinem, ubi Cortex, uti vidimus, non raro tuto administrari, sed et cum aliis medicamentis jungi potest. — Si autem vel cum summa debilitate simul siccitas oris et cutis sit conjuncta, Cortex plerumque nocet et suffocationem promovet, quod facile ex ejus qualitatibus chemicis intelligi potest; si e contrario dispositio humida adsit, quae in dispositione putrida saepe locum habet, vel tempore criseos, si sudores maxime moveantur (51) oriatur, vel tandem si febris sit intermittentis originis, vel valde remittentis naturae, et exacerbatione febris symptomata male minantia oriantur, tum certe Cortex administrari debet (52).

Huc quodammodo referri debere videtur *febris* illa, quae, ob colorem flavum, quo in decursu febris, illi afficiantur, qui hoc morbo decumbunt, *flava* (53) dicitur (54).

FE-

minare sufficit, ubi inquit „ wenn die entfernte ursache des Fiebers noch fort„ wurkt, und von der Art ist, dass sie gehoben wurden kan: so mussen wir „ sie vorher heben, ehe wir das Fieber unterdrucken. — Im entgegengesetsten „ falle erreichen wir entweder unsere absicht nicht, oder die entfernte ursache „ bringt, nach der stopfung des Fiebers, eine andere krankheit hervor.” *L. c. p.* 166. *No.* 4.

(51) Conf. et REIL, ubi dicit “ Die China wirkt am besten, wenn, am „ Ende des Anfalls, ein hinlänglicher Schweiss erfolgt, und der Urin cri„ tisch ist” *l. c. p.* 167.

(52) Conf. SELLE *l. c. p.* 255.

(53) *Jellow fever* HILLARY (observations etc. p. 143). *Febris flava* BRUCE *Vid.* LIND, *von der krankheiten etc. p.* 225. *Febris maligna biliosa Americae*

MOUL-

FEBRIS FLAVA.

Secundum SELLE haec febris sequenti modo definitur.

" Febris acutissima. Ardor magnus oculorum. Anxietas praegravis. Summa debilitas. Vomitus immanis, assiduus, bilis nigricantis. Tensio hypochondriorum, pressione dolens. Universa cutis flavedo. Haemorrhagiae. Et nunc vel cutis humida et crisis, vel coma et mors."

Hic Auctor hanc febrim inter febres biliosas putridas, gradu tantum ab illis differentem (55), SPRENGEL et GILBERT inter febres asthenicas (56) vel adynamicas (etiamsi, secundum illos, in initio interdum cum dispositione sic dicta phlogistica complicatur),

TOM-

MOULTRIE (*V. Diss. p.* 3). *Vomito pretto Hispanorum. Maladie de Siam*, *vel Fievre de Mattelotte* GALLORUM, *Typhus icterodes* SAUVAGE, *T.* 2. *cl.* 2. *ord.* 4. *Febris Indiae occident. flava maligna* MAKITTRICK (vid. *Sylloge Baldingerianum*) BISCET *vers. p.* 17. CALDWELL *Medical et physical Memoirs*, *Philad.* 1801. *Febris biliosa putrida* SELLII *l. c. p.* 256.

(54) Sunt qui dubitant sit ne haec febris biliosae naturae, nec ne. MAKITTRICK, ex variis argumentis, hanc febrim biliosae naturae esse negat. Lingua enim, secundum illum, rarissime sordida est. — Per vomitum nil nisi merae bilis quoddam ejicitur. — Caret illa debilitate, quae depravationi primarum viarum ansam praebet, dum sanissimae atque sensiles constitutiones hac febre corripiuntur. In cadaveribus saepe nullum bilis vitium visum est, sicut reliqua viscera abdominalia in statu sano erant. (Conf. *Sammlung fur Aertze B.* 2. *st.* 4. *p.* 23.) Haec observatio autem, sine dubio, inter rariores pertinet, dum fere omnes scriptores, qui de morbo ex professo scripserunt, contrarium asserunt. SPRENGEL etiam hoc titulo totidem verbis inquit, " Inflammationes viscerum abdominalium ab omnibus observatoribus post mortem inventae sunt. Hepar praecipue plerumque abscessibus et gangraena erat] stipatum: vesicula fellis plena bilis atrae, majoris consistentiae etc. (*p.* 119. TOMMASINI *l. c. p.* 11. *et seq.*"

(55) *L. c. p.* 257.

(56) *L. c. p.* 114—117. et TOMMASINI *p.* 191 *et* 192.

TOMMASINI inter febres in initio ſthenicas (57) PALLONI immediate inter febres ſthenicas enumerat (58).

Quidquid ſit, ex comparatione obſervationum, variis auctoribus deſcriptarum, videtur haec differentia opinionum quaerenda eſſe, in eo, quod febris haec, ut fere omnes alii morbi, variet pro climate, anni tempore, cauſis praegresſis, vario ſubjecto, varia regione, varia tandem epidemia.

Sic in regionibus frigidis morbus rarior est, quam in calidioribus; minor tempore hyemali, quam aeſtivo; vehementior post errores diaeteticos et conſtitutionem aeris humidam; frequentior in hominibus robustis obeſis, junioribus et aliis, recenter ex regionibus peregrinis et praecipue (59) frigidioribus venientibus, quam in exhauſtis debilioribus et ſenioribus. — Porro non raro obſervatur ſthenicus vel hyperſthenicus in initio, asthenicus plerumque in ſequentibus ſtadiis, celer ut plurimum in decurſu, lethalis ſaepe in eventu (60).

SPRENGEL interim hunc morbum in ſimplicem originalem, et in fortiorem distinguit: ambo ut plurimum habent tres periodos; licet non raro ſecunda non obſervetur; vel et aeger, in fortiori mor-

(57) *L. c. p.* 132 *et* 214. Dum ipſum morbum appellat *phlegmaſiam ſystematis hepatico-gastritidis.*

(58) *Obſervationi mediche ſulla malattia febrile dominante in Livorno p.* 20.

(59) " Auch ist es eine, fast bei allen epidemisch herſchenden krankheiten beſtätigte Erfahrung, dass Fremde immer in höhetem grade davon ergriffen werden, als Einheimiſche" inquit. *Bemerkungen ueber die Nervenfieber, die im winter* 1806—1807. *in Preusſen herschten.* In *Journal der Pract. Heilkunde, B.* 26. *ſt.* 3. *ſ.* 122. (*Edit. Beig. p.* 5).

(60) Conf. SPRENGEL *l. c.* TOMMASINI *l. c.* MOCCHI, PASQUETTI et BRIGNOLE, *dans la deſcription de la fievre de Livourne*, PALLONI *l. c.* LA COSTE, *Disſ. historique* etc. DUFOUR, *Histoire de la Maladie regnante a Livourne* 1804. GILBERT, *Histoire medicale de l'armée francaiſe a ſaint Domingue* en l'an 10 Paris, an. 10.

morbo, tertiam, vel interdum ſecundam, non attingat, ſed in prima jam moriatur (61).

Hasce periodos, omniaque ſymptomata huic morbo propria, hic deſcribere incongruum duco, primo, quoniam quodammodo conveniunt cum illis, quae in febris biliofae historia jam notata ſunt; ſecundo, quoniam febris flava febris bilioſae ſpecies haberi posſit, gravioribus ſymptomatibus ſtipata (62); tertio tandem, quoniam, uti jam ſaepius obſervavi, ab initio mens fuerit generales morborum characteres ſolummodo notare.

Hic autem obſervandum est, quod in decurſu hujus febris, primo in tunica albuginea oculorum, in angulo oris et in temporibus, dein in toto corpore color flavus erumpat, qui, monente SPRENGEL, quo citior eo pejor est (63), dum vomitu non adeo ipſa bilis, ſed atra ſic dicta bilis, ſanguis nempe niger, evacuatur.

Fieri ergo nequit, quin indicatio, morbo regulariter decurrente (64), ſingulo ſtadio propria ſit, dum quodque ſtadium ſua ſigna propria diagnostica habeat.

Si ergo in initio ſigna adſunt inflammatoria, cura antiphlogistica ſit necesſe est (65), vena interdum ſecanda, refrigerantia et acida vegetabilia adhibenda ſunt. — Hic autem praecipue cavendum est, ne evacuationes ſanguineae nimiae ſint, ne tonus primo ultra mo-

(61) *L. c. p.* 114—117.

(62) Conf. TOMMASINI *l. c. p.* 72 *et p.* 187.

(63) *L. c. p.* 116.

(64) De tali nempe morbo hic ſermo est, ubi nempe fructuoſe aliquid effici queat; dum fere omnes auctores conveniant, ſi morbus in initio non juguletur, omnia alia remedia vana esſe. TOMMASINI *l. c. p.* 226—230 *etc.*

(65) " La Methode antiphlogistique, inquit TOMMASINI, est, au commencement de la maladie, la ſeule qui convient a la fievre jaune, et il n'en est pas d'autre qui ſoit capable de la guerir" *l. c. p.* 208

modum auctus, ſed ad ſtatum oppoſitum proclivis, uno ictu cadat, et corpus in debilitatem directam tranſeat.

Hoc ſtadio autem peracto ſtadium cruditatis adhuc adest, ubi reſolventia, blanda aperientia, eccoprotica leviora (66), conveniunt. Ad finem autem hujus ſtadii praecipue patet, ſi hoc ſtadium in ſtadium coctionis vel criſeos, vel in putredinem, cum collapſu virium vitalium et disſolutione humorum, tranſiret.

In primo caſu, ſi vires vigeant, Cortice certo non opus est, cujus uſus, ſi alibi, hic certe maxime circumſcriptus esſe debet. 1°. Quoniam organa primaria digestionis in hoc morbo adeo patiantur, et debilitentur, 2°. quoniam diſpoſitio phlogistica, ab irritatione orta, adeo facile recrudescat, 3°. tandem quoniam Corticis actio, interdum explorata, fere ſemper fuerit infelix.

In ultimo autem caſu ſine dubio Cortex interdum adhibetur; ſi nempe in morbo coeterum non infeliciter et regulariter decurrente, et cum abſentia vitiorum organicorum, fractis viribus, corpus debilitate directa langueſcere coepit, et materies in intestinis contenta, actione chemica, disſolvatur, Cortex tuto explorari potest et debet, dum in omnibus fere caſibus, ubi morbus irregulariter procedat, aut certum ſuperaverit terminum, nihil agendum ſuperest (67).

FE-

(66) Omnes fere auctores in eo conveniunt, quod evacuantia hic omnem curam abſolvunt, dum emetica fere numquam propinentur; nec mirum, ſi viſcera morboſe hic affecta conſideres. — Conf. TOMMASINI *l. c. et quidem* §. 97—108.

(67) Inter omnes fere auctores, qui de febre flava ſcripſerunt, PUGNET ſolus Corticis uſum hic illic defendit, Corticem exhibens in hoc morbo *non ut remedium excitans, ſed ut febrifugum.* Interdum huic Fructus Tamarindorum ſociavit *ut alvus libera maneat.* — Tandem ſi febris remittatur, adhuc lubentius Corticem cum purgantibus mixtum exhibuit, *ut certius et citius asſumetur quantitas ſufficiens*, ſed in deſcriptione febris flavae, quae regnavit in inſula Barbadenſi, a Medico HILLARY facta, patuit, Corticem in initio epidemiae adhibitum esſe, ſicut et alia ſtimulantia ſic dicta, ſed infelicisſimo ſuccesſu. Conf. TOMMASINI p. 193

FEBRIS NERVOSA.

Febrium nervoſarum apud auctores duae ſpecies inprimis numerantur, nempe *febris nervoſa acuta*, et *febris lenta nervoſa;* illam *verſatilem*, hanc *ſtupidam* nonnulli dicunt. HECKER autem distinguit inter *febrim acutam nervoſam*, *febrim lentam nervoſam* et inter *morbos nervoſos diuturnos ſine febre* (68).

Quidquid ſit, id habent hae febres commune, quod ſecundum SELLE, qui has febres ad *atactas* refert, (quae nullum ſervant typum vel ordinem in periodis, ex *α* priv. et *τασσω* ordino, " hic magna atque praeternaturalis (adſit) partium irritabilitas et ſenſilitas; ſymptomata (ſint) nervoſa, nec inter ſe, neque cauſis manifestis, reſpondentia" (69).

Dum autem *febris lenta* ad theſin noſtram, non pertineat, utpote gradu, vehementia et duratione a morbis acutis differens, agemus ſolummodo de illa febre, quae dicitur.

FEBRIS ACUTA NERVOSA.

SELLE, et plerique auctores, hanc febrim (70) ſemper plus minus complicatam deſcribunt, idque non raro cum aliis morbis febribus commune habet, interdum autem videtur ſimplex exſtare, et

193—195. et *Deſcription de la Fievre jaune qui a regné a Barbados* Extrait de l'ouvrage anglaiſe de HILLARY; par BERTIN.

(68) Ad quos v. g. apoplexiam, maniam, crampum, paralyſin etc. refert *l. c. p.* 15. (Ed. Belg. *p.* 7).

(69) *L. c. p.* 303.

(70) *Typhus* CULLENII g. 5. *Typhus nervoſa* SAUV. ſp. 2. *Febris nervoſa verſatilis* FRANKII L. I. p. 100 et HECKERI *l. c. p.* 23 *et* 24. (Ed. Belg. *p.* 16); TYPHUS (Febris dynamicae ſpecies) REILII *l. c. Th.* 4. *p.* 101. §. 26. *Fièvre ataxique* PINELLI *t.* 1. *p.* 188.

E 2

et praeterea, fi quae alia, haec certe ob innumera figna characteristica propria, qua talis quidem fimplex confiderari posfe videtur (71).

SPRENGEL, qui in defcribendis morbis adeo concinne genium et characteres morborum proprios defcribit, antequam complicationes commemorat, hanc febrim appellat *febrim nervofam calidam*, (*hitsige nervenfieber* (72) vel et *veram typhum* (*der eigentlichen Typhus* (73), eamque nuncupat " febrim asthenicam, ut plurimum continuam remittentem, cum irritabilitate fystematis fenfualis et motricis, quae plerumque calidum typum obfervat" (74).

prae-

(71) Vide hujus exemplum ab illust: HUFELAND defcriptum puellae undecim annorum, *l. c. p.* 55. HECKER menfibus Februarii et Martii anni 1807. Berolini inter Rusficos milites, febres nervofas vidit vere acutas, fine ulla putredinis complicatione *l. c. p.* 31. (Ed. Belg. *p.* 24). Dum idem auctor tredecim complicationes defcribit *l. c. p.* 25—28 (Ed. Belg. *p.* 18—20).

(72) *L. c. p.* 86.

(73) *L. c. p.* 49. " Ein asthenifches, meist anhalted nachlasfendes Fieber, mit erhöhter Empfanglichkeit der Empfindungs und Bewegungs werkzeuge verbonden, und welches merhentheils einen hitzigen verlauf hat, heitfst *hitziges Nervenfieber.*" — Doctor HIRSCH hunc morbum cum organismo humano originalem declarat, dum nempe productum earum potentiarum nocentium efficiat, quae plurimum et univerfaliter, fub omni habitu, in corpus humanum agunt: " eine mit dem menschlichen organismus urfprunglich vorhandene krankheit, weil fie nëmlich das produkt der jenigen fchadlichkeiten ist, welche am häufigften und allgemeinften unter allen verhältnisfen auf dem menschlichen körper wirken", *Bemerkungen, ueber den Typhus, nebst Beobachtungen ueber desfen ficheren Heilung nach* CURRIE's *Methode*, HORN *Archiv. fur praktifche Medizin und Klinik B.* 4. *h.* 1. *f.* 45. Conf. porro *das typhus-Fieber von Dr.* H. GOEDEN *Berlin* 1810. Quid autem veteres fub nomine *typhi* intellexerint non femper idem est, (HIPP. 1 et 2. *de intern. affect.* FOESII 553). In eo autem conveniunt, quod *typhodes dicantur febres, quae cum ftupore fiant, et intenfam cum furore habeant mentis alienationem.*

(74) Interim dantur qui distinguunt inter *Typhum* et *febrem nervofam*, dum typhum vocant illam febrim nervofam, quae femper a miasmate proprio oritur, fe

ip-

Praecipua fymptomata, fecundum hunc fcriptorem, funt fequentia. — In initio, fenfus acuuntur; oculi lumen non ferunt, indeque caput vehementer dolet, et anxietates oriuntur. — Auditus valde fenfilis est, odor et gustus depravati. — Vespertino tempore omnia fymptomata aggravantur, et calor magis ardens, pulfus celerior, magis irregularis et fpasmodicus. — Oculi, fi fint aperti, in unum punctum ut plurimum fixi funt; fi claufi, phantasmatibus aeger vexatur continuis, quae interdum in leve delirium abeunt.

Febris irregulariter fic decurrens nunc horripilationibus remittit, nunc calore; lingua ficcior evadit et fitis increscit. — Refpiratio difficilis, fpasmodica, anxietates adauget. — Totum corpus interdum quafi conquasfatur et tendinum fubfultus oritur.

Scrobiculus cordis valde fenfibilis praecordiorum irritabilitatem monftrat. — Aeger nunc phrenitice, nunc tacite, delirat. — Venter fpasmodice contractus est. — Evacuationes alvinae vel urinariae funt vel fpastice retentae, vel nimis profufae.

Nunc vomituritiones, nunc crampus gutturis vel et motus fpasmodici musculorum faciei oriuntur. — Urina vel limpida vel cruda est. — Cutis fere femper ficca manet. — Vox rauca, fortis, fonora. — Tandem, fi crifis non fequitur, vires collabuntur, et aeger motibus convulfivis, vel taciturno, profundo ftupore, vel comate e medio tollitur.

Haec funt fymptomata generalia, fed recte HECKER inquit " gradus et formae febrium nervofarum funt innumerae, earumque caufae non adeo facile enumerari posfunt (75).

Quid-

ipfam propagat, et fic pestis fpeciem format, quare ab aliis *Typhus pestilens fine bubonibus* vel et *febris nervofa maligna* vel *pestilens* vocatur. Conf. HUFELAND aliosque, et imprimis HILDEBRAND *ueber den anfteckenden Typhus. Wien* 1810.

(75) *L. c. p.* 16 (Ed. Belg. *p.* 8). Conf. et HORN *Einige bemerkungen ueber eine wichtige Formverfchiedenkeit des hitzigen Nervenfiebers, nebst Beobachtnngen. Archiv fur praktifche Medicin und klinik B. 6. heft.* 1. *p.* 289.

Quidquid sit, si genium morbi ex descriptis phaenomenis consideremus, exinde patere videtur, hasce febres in genere consistere in actione abnormali functionum cerebri et nervorum (76), sive hae sint exaltatae, sive nimis stupidae, sive tandem aberrent: hisce autem differentiis ut conveniant medicamina necesse est (77).

Ad *primum* ergo temperantia, involventia, sedantia; ad *secundum* incitantia requiruntur (78), et ad *tertium* symptomatice agendum est (79).

Ad *primam classem* medicamentorum autem lavationes cum aqua tepida vel frigida simplici (80), vel cum Sp. Vini mixta (81), po-

(76) HECKER hoc titulo inquit " Bei dem *Nervenfieber* musz also, das *Nervensystem* uberhaupt (wohin wir das Gehirn, das Ruckenmarck, die sammtlichen Nerven und alle sinnorgane, so weit sie aus solchen bestehen, rechnen), oder in einzelnen Theile krank zeyn." *l. c. p.* 13. (Edit. Belg. *p.* 5).

(77) Conf. observationes criticas de natura et methodo hisce febribus medendi a clariss. THUESSINCK graphice descriptas in *Geneesk. waarnemingen* 1810 *Amst. p.* 97. *et seq.*

(78) Conf. HUFELAND *Beobachtungen etc.* Journal B. 7. st. 1. s. 120—135. (Ed. Belg. *p.* 24—42, *etc.*).

(79) De complicationibus inflammatoriis, biliosis, vel gastricis hic iterum sermo non est, ideoque de evacuantibus non loquitur: in febre nervosa acuta simplici, qua tali, irritamentum, potentia nocens subtilioris naturae, plerumque ignotae, majorem effectum ut plurimum inducentis, quam hinc expectari posset, subintelligitur; cujus generis sunt miasmata varia, venena, animi pathemata, organismus vitiatus etc. vid. *de usu emeticorum in descript. curae febris nervosae epid. et contag. in Nosoc. Berilon.* HUFELAND *Journal B.* IX. *st.* VI. *s.* 30.

(80) Conf. CURRIE *Medical reports [on the effects of cold water in fevers* 1801 *et* 1804. et HIRCH *l. c.* HORN *Erfahrungen ueber die wirksamkeit der kalten sturzbader, uebergiesszungen und wasschungen in typhösem Fiebern. Archiv fur Medizinische erfahrung. Jahrg.* 1811. *B.* I. *art.* XXI. *p.* 491. *et Jahrg.* 1813 *März et April s.* 225. *et seq.*

(81) KOLBANY, *Bemerkungen ueber dem ansteckenden Typhus, der im Jahre* 1809—1810 *in Presburg herrschte, ueber die wirkungen des kalten en warmen wassers etc.: Presb.* 1811 *in* HORN'S *Archiv. fur Medizinische erfahrung Jarhg.* 1812.

potiones aquarum mineralium, acida vegetabilia et mineralia (82), Acetis Ammoniae, emulsiones, decocta Altheae, mucilagines gummosae (83), Acidum Boracicum, Oxydum Zinci, Aq. Laurocerasi, Hyoscyamus niger, Laudanum etc., pertinent (84).

Ad *alteram classem* Arnica, Valeriana, Serpentaria, Calamus, Crocus, Cinamomum, Castoreum, Moschus (85), Camphora (86), Vi-

1812. *B.* 2. *S.* 205. *etc. et* GIANNINI *ueber die Natur der Fieber, und ueber die beste behandlungsart derselben, in bezonderer hinsicht auf die Anwendung des kalten bades und begiessens. Neues Journal fur Ausl. litt. van* HARLES *und* RITTER *B.* 10. *St.* 1. *p.* 38. *et seq.* HUFELAND *Beobachtungen l. c. p.* 114 (*Ed. Belg. p.* 17) et *ueber die Kriegspest l. c. p.* 64 *et* 65. (*Ed. Belg. p.* 58).

(82) Vid. PARROT, *in de Jaarboeken der genees- heel en natuurkunde van het Genootschap arti salutiferae D.* II. *St.* III. *bl.* 146. *et seq. et* V. D. BREGGEN in not. ad p. 114. vers. belg. HUFELANDI *ueber die kriegpest, onderzoek aangaande Zenuwkoortsen* etc. et SPANGENBERG, *uber eine Typhus-Epidemie.* HORN *Archiv. fur Practische Medizin und klinik B.* 7. *h.* 1. *S.* 51. *et seq.*

(83) Conf. HORN, *in suis Archiv. fur Med. Erfahr. Jahrg.* 1813. *Marz et April s.* 264.

(84) De Usu *Mercuralium* hic non loquor, quae nempe semper ad complicationes pertinent.

(85) Dantur casus intensae debilitatis, ubi testibus HECKER et WARNEKROS, Moschus interdum majori dosi propinari debet, et cujus ultimus hic auctor historiam morbi memorat feliciter sanati, ubi omni bihorio gr. v. sumta fuere. Vide HECKER *over de rotkoortsen p.* 115. in nota.

Et ego gratus hic recordor perspicaciam et solertiam Medici Arnhemensis Celeberrimi DE RUUCK, qui me, in Nosocomio Prussico-Russico, mense Januarii 1814, exercitii et amoris Patriae ergo, praxin breviter exercentem, et febre nosocomiali nervosa decumbentem, quantitate gr. XC. hujus remedii divini, intra tres dies ingesti, ex orci faucibus, eripuit.

(86) Hoc titulo Pater meus suas mihi comminucavit observationes, quod nempe hoc medicamentum, in genere, a multis saepe nimis magna dosi propinetur, et speciatim in hisce morbis, quo non solum vomitus, anxietas et singultus, sed et interdum vertigines oriantur. — Conf. et HUFELAND *Beobachtungen l. c. p.* 127. (Ed. Belg. *p.* 32).

Por-

Vinum, Alcohol, Aether, Opium (87), Phosphorus (88) et Ammonia (89) referuntur.

Ad *tertiam clasſem* tandem omnia fere jamjam enumerata, et confortantia fixiora, referri posſunt, dum alternativa adhibitio medicaminum ejusdem generis, ſtimulo variando, hic aeque valeat, ac justa menſura medicamenti, non ſolum utilisſimi, ſed vel ſpecifici, ne, in hoc caſu, minori nimis quantitate non ſufficiat, vel, jus-

Porro in genere notandum est, magnam hic requiri attentionem, ut pateat quo tempore et quanam intenſitate ſtimulantia in his morbis applicanda ſint, ne febris boni in ſebrim mali moris artificioſe, uti HUFELAND ait, convertatur, qui post tot ac tantas obſervationes, in initio morbi, ſemper curam antiphlogisticam ſic dictam, ſi qua fieri posſit, adhuc commendat. *Die kriegpest Journal* 1814. *ſt. 6. p.* 135. — " Die gröste ſterblichkeit im Typhus ist durch die reiſende Methode verurſacht" inquit HILDENBRAND *p.* 203. hic autem addere audeo, *non uſu, ſed abuſu.*

(87) Conf. quod Cl. HUFELAND de Opio et caeteris narcoticis annotavit *Beobachtungen l. c. p.* 137. (Ed. Belg. *p.* 44). HECKER *ueber die Nervenfieber l. c. p.* 61. (Ed. Belg. *p.* 56). THUESSINCK *Geneesk. Waarnem. p.* 129. et THILENIUS in HUFELANDS *Journal B.* VIII. *ſt.* VI. *ſ.* 11. et HARTMAN *die theorie des anſteckenden Typhus, und ſeine behandlung, Wien* 1812; *in* HORN, *Archiv fur Mediziniſche erfahrung Jarhg.* 1812. *B.* 2. *ſ.* 204 *et* 205.

(88) Conf. LOEBENSTEIN VON LOEBEL *ueber die differente wirking des Phosphors im gegenſatz mit dem Opium, Moſchus und den Naphten; in* HORN's *Archiv. fur Mediziniſche erfahrung Jahrg.* 1811. *B.* 2. *p.* 379.

(89) Timet cum maxime hoc remedium HUFELAND, quoniam ſudori colliquativo et ſepſi adeo favet, ſed ſemel tantum in Epidemia Berolin. 1806—7. adhibuit et ſine effectu. — Idem Pater meus obſervavit de Acet. Ammoniae (*Nieuwe verhand. van het Bat. Genootſ. te Rotterd.*) etiamſi coeterum Ammonium inter incidentia validiora judicet, in eo caſu, quo lingua et guttur pituita tenaci, quod in hisce febribus non raro accidit, obſesſa ſunt, dum Ammoniam pyro-animalem inter incitantia nervina praeſtantiora ſaepe admiratus ſit; cavendum autem monet ab ejus uſu protracto. — Conf. et SPANGENBERG, qui in typho, cum affectione pulmonali, Ammoniam cum levamine ſaepe adhibuit *l. c. p.* 61.

justo majori, vires supprimat; in altero casu autem incitabilitatem, consuetudine stimuli, stupefaciat (90).

Horum omnium autem applicatio dependet a genio morbi, a subjecto quod tangit, et a complicatione symptomatum (91); in genere autem in toto hujus morbi dercursu bene attendendum videtur ad statum debilitatis ab una, et ad habitum totius corporis, ab altera parte (92).

Si nempe debilitas directa tali gradu adsit, ut omnes functiones torpore afficiantur, vel, ut loqui amant nonnulli, paralysin jamjam patiantur, ut in corporibus vivendi ratione, sive violentia morbi, sive mala pertractatione exhaustis, tum non solum incitantia volatilia, sed et confortantia fixiora, inter quae Cortex nullis cedit (93), pro-

(90) Conf. hic praecipue quod HUFELAND dixit de mensura quantitativa et qualitativa medicaminum, in *Bemerkungen etc. Journal B. 26. St. 3. S. 144. et seq.* (Ed. Belg. *p.* 36. *et seq.*). Sunt nempe qui credunt unum idemque medicamentum, semel jure indicatum, semper sufficere, vel, si res non succedat, hoc semper inde pendere, quod nimis tarde, vel non satis sit exhibitum! est autem et hic, ut ubique, *modus in rebus*, et certe cavendum, ne, nimis longa continuatione, divinum remedium vel, iners fiat, vel nimia quantitate, potentia nocens.

(91) Conf. Cl. THUESSINCK *l. c. de Typho cum irritabilitate et sensibilitate imminuta, et cum symptomatibus putredinis p.* 47. *De Typho nervosa p.* 55. *et de Typho nervoso-putrida, cum symptomatibus peripneumoniae p.* 68.

(92) " Es giebt Formen und Zeiträume des Nervenfiebers, (inquit HECKER), wo durchaus nur flüchtige, d. h. auf Jrritabilität und Sensibilität schnel und ausgezeichnet wirkende Mittel angewandt werden dursen; besonders ist dieses in den epidemischen und ansteckenden Nervenfiebern, während der ersten neun bis vierzehn Tage fast ohen Ausnahme der Fall, und erst nach verlauf diezer Periode dursen wir zu alten schweren Weinen, zu Chinarinde, Calmuswurzel etc. ubergehen, um nun auch die Reproductionen in dem Körper, nach beseitigten Disharmonien der Jrritabilität, und Seusibilität, wider zur Volkommmenheit zu bringen" *ueber die Nervenfieber p.* 60. (Ed. Belg. *p.* 55).

(93) Denn bei Fiebern von reiner schwäche, inquit HUFELAND z. b., bei den

Ne-

propinari posſunt et debent. Si autem debilitas indirecta, cum nimia irritabilitate generali, vel ſpeciali, totum corpus afficiat, aut aliquod organum laedat, aut tractum intestinalem nimis reddat ſenſibilem, horum uſus contraindicatur, niſi feliciter cum aliis medicamentis corrigentibus, vel demulcentibus, conjungantur.

Donec ergo vaſa nimis ſpastice conſtricta ſunt, nervique nimis irritantur, ſtimulo quodam morboſo, ſive hoc in mala aëris conſtitutione, ſive in quodam miasmate, ſive in cauſa materiali, ipſo organismo vitiato producta, ſive tandem in materia peccante qualibet quaeras (94): donec aliquod organum vitale adeo patiatur, ut functiones ſecretionum, evacuationum, actionumque animalium, cum ſymptomatibus nervoſis, hinc pendentibus, laedantur: donec tandem ſpasmus univerſalis vel particularis, cum ariditate cutis et ſiccitate linguae fauciumque adest, Cortex Peruvianus, et omnia hujus generis remedia, contraindicantur.

Sed, ſi post ſpasmum reſolutum, post aequilibrium reſtitutum, post evacuationes necesſarias, post transpirationem renaſcentem totius corporis aequalem, linguae fauciumque ſeparationem, vel humiditatem, vires langueſcant, nimiaque ſenſilitas fibrae motricis exinde orta adſit, ſi ſudore pasſivo aeger quaſi diffluat, ſi typus intermittere incipiat (95) ſi tandem ſtadium reconvaleſcentiae nimis tar-

Nervenfiebern, die von Erschöpfung der Kräften, Ausſchweisſung u. dergl. entstanden ſind, vertragen die Kranken, auch in hohen Graden der Krankkeit, die China ſehr gut" *Bemerkungen*] *l. c. p.* 134. (Ed. Belg. *p.* 20.)

(94) Conf. HUFELAND *Beobachtungen l. c. p.* 129 *et ſeq.* (Edit. Belg. *p.* 34 *et ſeq.*)

(95) REIL hoc titulo inquit " Beſonders passt die China in dieſen (Nerven) Krankheiten, wenn ſie ohne entfernte Urſache ſind, dieſe bereids gehoben, oder der art ist, daſs ſie durch die China gehoben werden kan, wen ſie mit Atonie verbonden ſind, und einen regelmäsſigen intermittirenden Typus haben" *l. c.* 4. *Band p.* 195.

tarde procedat (96), justo titulo remedium nostrum vel solum, vel aliis mixtum, propinari potest.

Liquet ergo Corticis usum et hic valde limitatum esse, illum raro in primis morbi stadiis (97), immo vel numquam e natura morbi convenire, sed solummodo prodesse, post resolutionem status spasmodici, sic dicti nervosi, et post aequilibrium restitutum, dum hic non specifice, sed vi tonica, cardiaca, confortanti, aliorum confortantium more, agere videtur.

FEBRIS PUTRIDA.

" Febris continua, in qua humores a statu naturali ita degenerant,

(96) In descriptione epidemiae febris nervosae, quae Hanoviae Hassiacorum regnavit, medicus KOPP asserit Corticem in stadio reconvalescentiae solummodo profuisse. HUFELAND *Journal* 5 *St.* 1814. *p.* 35. Conf. *et* SPANGENBERG *l. c. p.* 71.

(97) Dr. SCHLUITER interdum *proficue* Corticem adhibuit jam ad finem stadii morbi primi. In secundo stadio, cum incitantibus mixtus, saepe nimis stimulabat. Decoctum autem cum Magnesia, Muriat. Ammon. vel cum Lapid. Cancr. Citrin. mixtum interdum profuit, in Epid Febris nervos. malig., quae grassavit Vinariae Saxorum, *Ao.* 1809—10. *vid.* HUFELAND *Journ.* 1811. V. *B.* IV. *St. S.* 72 *et* 79.

In febre typhosa ibidem epidemice grassante Prof. REMER Corticem observavit nocere, in decursu morbi; ad finem autem interdum profuit, sed et hic non semper requirebatur. Vid. HUFELAND *Journal* 1812 *B.* VIII *St.* IV *S.* 21.

Medicus anonymus e contrario, in febre nervosa, in Insula Rugen An. 1806—7—et 8. regnante, Corticem feliciter adhibuit, in initio et sequenti morbi decursu, praemissis emeticis et purgantibus. Vid. HUFELAND *Journ.* 1810. *B.* III. *St.* VI. *S.* 51. Sed facile intelligitur hic complicationem biliosam vel gastricam locum habuisse; quare semper attendendum est ad genium morbi, ex quo juvantia et nocentia sola dijudicari possunt. Et haec etiam ratio videtur quare Cl. THUESSINCK, in initio Typhi, quam describit, in suis *Geneesk. Waarnemingen p.* 119. Corticem observaverit *proficuum*, quoniam nempe complicatio putrida adesset.

HILDEBRAND Corticem numquam in typho suo admittit; nisi in complicatione putrida *l. c. p.* 220.

rant, ut jam putrescant, dicitur *febris putrida* (98), secundum Clarisf. OOSTERDYK (99).

SPRENGEL hanc dicit " febrim remittentem, quae cum peculiari prosternatione virium vel cum fenfibilitate et mobilitate praeternaturali combinatur; et in hac parte cum febre nervofa convenit, fed fimul cum fymptomatibus majoris tenuitatis et proclivitatis humorum ad folutionem putridam conjuncta" (100).

SELLE hanc febrim, generalibus terminis, quoad originem, naturam et decurfum, fequenti modo, defcribit.

" Solida laxa. Humores justo tenuiores. Effluvia putrida, tempore calido ac ficco. Aer per longum temporis fpatium inclufus, ac exhalationibus animantium inquinatus. Abufus carnium et nimis calidorum. — Contagium. Sanguis floridus, laxiori et molliori contextu, quandoque foetidus ac faniofus, interdum cuticula coloribus arquatis micanti, obtectus. Serum rubicundum. Cruor non fecedens. Lingua initio alba, postea nigra atque arida. Calor tactui mordax (101). Excreta valde foetida. Pulfus initio et vi-

(98) *Typhus* HIPPOCRATIS, l. c. *Febris pestilentialis* SYDENHAMI, et FRACCASTORII, pasfim; *Typhus carcerum et Castrenfis* SAUVAGESII. *Febris putrida* STOLLII, pasfim. *Febris putrida* QUARINI, p. 48. *Continens putrida* SELLII *l. c. p.* 181. *Typhus putridus cum putrefcentia univerfali* V. D. HEUVEL *l. c. p.* 241. *Fièvre adynamique* PINELLI *T.* I. *p.* 127.

(99) *L. c. p.* 33. ubi tamen legendum esfe *jamjam* auctor in lectionibus practicis monuit.

(100) Ein Nachlasfendes Fieber, welches mit befondere Niedergefchlagenheit der lebenskraft, oder mit widernaturlichen Empfindlichkeit, und bewegligkeit verbonden ist, und in diezer Ruckficht mit dem nervenfieber uebereinkommt, aber zugleich mit den zufallen einer vermehrten Ausdehnbarkeit und Neigung der Säfte zur faulichten Auflöfung verbonden ist" *l. c. p.* 97 *et* 98.

(101) Conf. HECKER *Ueber die Natur und Heilart der Fäulfieber. Berlin* 1809. *p.* 67. *et* (Ed. Belg. *p.* 11. *feq.*) *et* HUFELAND *Beobachtungen l. c. f.* 222. (Ed. Belg. *p.* 154.)

vigore celer, duriusculus, postea obſcurus, inaequalis. Proſtratio virium. Oculorum imminutus ſplendor. Stupor et tremores, qui, remittente pulſu, creſcunt. — Pro re nata haemorrhagiae et excretiones ſanguinolentae, vel petechiae lividae, ſeu vibices, accedunt. Oculi, dentes et labia ſordibus obtecta, cum anima foetida. Meteoriſmus" — Hanc autem deſcriptionem ſymptomaticam praeclarus hic auctor notis illuſtrat et confirmat (102).

Reil hanc febrim ad febrium vaſorum ſpeciem, cum charactere paralyſeos refert (103), ubi omnia excreta foetent; cutis maculis ſanguineis tecta est; ubi ſanguis ex omnibus partibus corporis effluit; ubi ſudor cadaveroſus interdum adest; ubi tandem, tempore mortis, totum corpus ſubito putreſcit.

Hecker hunc morbum peculiarem, quem medici febrim putridam appellaverunt, per ſe *non* conſiderat ut febrim, ſed ut morboſam conſtitutionem peculiaris et propriae indolis, quae mixtionibus et vegetationibus animalibus proxima est, ſed in tota ſua organiſatione ſe cum plerisque ſignis incitabilitatis et ſenſibilitatis conjungit (104).

Pa-

(102) *L. c. p.* 181—184.

(103) " By dem gefässfieber mit dem character der Lähmung muss ich noch des *Faulfiebers* erwähnen" Th. II. S. 25. Hecker e contrario asſerit hunc morbum totum quantum existere posſe absque febre vaſorum, etiamſi cum illa ad varios gradus et formas febris putridae conjungi posſit. *Ueber die Fäulfieber pag.* 95 *etc.* (Ed. Belg. *p.* 50.)

(104) " Ich betrachte demnach dieſe ſo eigenthumliche Krankheit, die die Aerzte ein Faulfieber genannt haben, inquit Hecker, an ſich gar nicht als ein Fieber, ſondern als ein Krankhaftes Verhaltniss ganz eigener Art, das zunachst die thieriſchen Misſchungen und Vegetationen betrifft, das aber, in der Totalität des Organismus, mit mannigfaltigen krankhafte Aeuszerungen der Irritabilität und der Senſibilität ſich verbindet". Ibid. *p.* 95 *et* 96. (Ed. Belg. *p.* 51.)

Distinctio inter morbos putridos, et febres putridas ſic dictas, et mihi arridet: ad illos ſcorbutici et morbi petechiſantes et maculoſi nonnulli referri

pos-

Pater meus morbos putridos definivit, " ut morbos, in quibus principium vitale solidorum et fluidorum, brevi temporis spatio, adeo imminuitur, ut eorum affinitas animali-oeconomica diminuatur, et attractio plus minus chemico-electiva oriatur, quam vel immediate per se, vel stimulum peculiarem systematis nervosi producendo, status putrescens humorum in genere et sanguinis speciatim sequitur, quo vita animalis periclitatur (105).

Dantur interim magni in arte viri qui nullam actionem chemi-

cam,

possunt. In genere Cortex, in hisce morbis, non tantum valere videtur, si sint sine febre, quod videre est apud omnes fere auctores, et Doctor NEUMAN nuperrime observavit, vel in febre petechiali Castrensi et Nosocomiali regnante, Corticem nil boni attulisse. HUFELAND *Journal* 1812. *B.* VII. *St.* IV. *S.* 108. Ad has omnes febres sic dictae adynamicae plus minus pertinent, sive hae sint sporadicae, epidemicae, contagiosae, vel in decursu aliarum febrium exortae. — In illis proclivitas ad putredinem lente exoritur, et hinc nervi non ita afficiuntur, in his autem citius et vehementius nervi irritantur, quo affectio illa prodit, quae febrilis dicitur: quae affectio, quo citior eo vehementior, eo periculosior, testibus omnibus medicinae scriptoribus. — Et hinc verosimiliter explicatur ratio, quare febres sporadicae, e causis particularibus plerumque exortae, minus sint vehementes, quam quae ex contagio proveniunt. Hoc etiam convenit cum aliis affectionibus nervosis, quae in genere minores observantur, si stimuli parvi sint vel si lente applicentur, ut Opium, Tabacum aliaque; quod et animalia in aëre corrupto vel partis oxygeneticae plus minus privato, sine laesione degentia, ostendunt; dum alia hisce stimulis non consueta inde male afficiantur vel et necentur. Conf. Patris *tract. de Putredine in Actis Roterod. lib. cit. p.* 176. *Not.* 23.

(105) " Die ziekte, waarin het levensbeginsel der vaste en vloeibare deelen, in korten tijd, zoodanig verminderd word, dat derzelver dierlijk huishoudelijke verwandschap vervalt, en eene min of meer scheikundige verwandschappelijke aantrekking ontstaat, die, of onmiddelijk uit zich zelve, of door eene eigenaartige prikkeling van het zenuwgestel te verwekken door eene rottige-gesteldheid der vochten, in het algemeen, en die van het bloed in het bijzonder, gevolgd word, waardoor het dierlijk leven in gevaar komt." *Bat. Genootschap Rott. Nieuwe Verh. D.* 3. §. 7. *p.* 171.

cam mortuam, ut ita dicam, in vivo corpore admittentes, omnem putredinem non solum, sed vel et omnem dispositionem activam, putredinem incipientem, in nostris humoribus inquilinis recusant, inter quos FRANK (106), GRÜNER (107), PINEL (108), et HECKER (109) enumerare sufficiat.

Si

(106) *De Virtutibus corporum naturalium medicis aequiori modo determinandis* J. P. FRANK *in Delect. Opuscl. medic. Vol.* VIII. *Paviae* 8. *De curandis hominum morbis Lib.* I. *Manheimio* 1792. *p.* 94, 114, *et* 118.

(107) *Almanach* 1794 *S.* 117.

(108) " Mais (inquit) en portant un coup d'oeil sevère sur ce mot (de putrefaction) un état de décompositlon peut il s'accorder avec les phoenomenes de la vie? et tant que nos parties sont soumises a l'influence de cette dernière peuvent elles obeir a leurs affinités Chimiques? D'ailleurs, les travaux modernes des Chimistes, sur le sang et les humeurs, n'ont il point donné des résultats opposés? Toutes les fausses apparences de cette prétenduë putridité ne disparoissentelles point a l'époque de la convalescence, ou plutôt lors d'une terminaison favorable de la maladie? Peut-on oublier enfin que les alterations des fluides sont toujonrs subordonnées a l'action vitale des solides, et que les fièvres dites vulgairement *putrides* peuvent tenir a une foule des causes physiques ou morales" etc. T. I. p. 128.

(109) Vormals glaubte man, (inquit HECKER) die Natur des Faulfiebers dadurch vollkommen bestimt zu haben, dasz man *Wahre Faulnisz* in dem Korper, entweder in dem Blute, oder in ersten Wegen annahm. Aber eine solche, wie wir sie in der todten Natur sehen, findet in dem lebenden Körper durchaus nicht statt, vielmehr ist das Leben das groste hindernisz derselben. Da die Gewiszheit dieser behauptung längst ausgemacht ist, so will ich mich hier nicht weiter dabei aufhalten. Wollte man sich hinter die ausdrucke: eigenthumliche pathologische Verderbnisz, geringer Grad von Faulnisz, Neigung zur Faulnisz, und dergl. verstecken, so wurde das die sache doch nicht aüfklären; so viel ist in dessen allerding wahr, dasz die eichenthumliche Krankkeit der Metamorphose bei dem Faulsibern, jeden einzelnen Theil und den ganzen Körper sehr geneigt macht, nach dem Tode schnell und stark zu faulen, wie wir oben gesehen haben. Berechtigt sind wir also ohne zweifel, eine neigung zu Faulnisz in unsern krankheit anzunehmen; sie ist aber Folgen, und wir lernen aus ihrer Gegenwart das hier statt findende krankhafte verhaltnisz der Reproductionen nicht naher kennen". *L. c. p.* 112. (Ed. Belg. *p.* 73.)

Si autem consulamus phaenomena morbi, quae ab omnibus scriptoribus enumerantur, etiamsi quoad causam et naturam different, patet ni fallor, haec referri posse ad sequentia (110).

Ad statum febrilem qua talem.

Ad summam debilitatem et impotentiam (111).

Ad mixtionem sanguinis alteratam (112).

Ad nisum visibilem in alterationem mixtionis solidorum (113).

Ad calorem peculiarem mordacem dictum (114).

Ad alterationes secretionum et humorum secretorum cum symptomatibus colliquativis inde pendentibus (115).

Ad statum directe putridum post mortem (116).

Haec autem phenomena ostendunt *in morbis putridis adesse nisum ad dissolutionem, qui cum nisu vegetationis et reproductionis, vel potius cum nisu ad vitam certare videtur.*

Cum

Videtur interim hic vir vere acutus, qui *tam juste* tanta in arte phantasmata abscindit, sibimet ipsi non ubique convenire, et quodammodo coactus esse *aliquam dispositionem, nisum quemdam ad putredinem* agnoscere; interim in initio hujus argumenti vel putredinem in primis viis denegat, talem nempe quam interdum extra vivum corpus observamus; dum alibi disertis verbis inquit. " Was mit Erbrechen oder Durchfall, der reichlich und bei hohen Graden der Krankheit ohne Bewusztseyn erfolgt, von den kranken ausgeleerd wird, trägt die Spuren grosser Verderbnisz, oft wahrer Faulnisz an sich, ist auch nicht selten mit todten, in Faulnisz übergegangenen Wurmen vermischt". *L. c. p. 69.* (Ed. Belg. *p.* 14.)

(110) Bene attendendum est quod hic iterum loquatur de febre putrida simplici qua tali, cujus genius adeo pulchre a Cl. HECKER describitur l. *c. p.* 63. et seq. (Ed. Belg. *p* 5. et seq.) et quae formam assumit a Patre descriptam in *Act. Roterod. antea citat.*

(111) HECKER *l. c. p.* 63. (Ed. Belg. *p.* 5.)

(112) *Idem l. c. p.* 64. *et* 65. (Ed. Belg. *p.* 6, 7 *et* 8.)

(113) *Idem l. c. p.* 65 *et* 66. (Ed. Belg. *p.* 9. 10. 11.)

(114) *Idem l. c. p.* 67 *et* 68. (Ed. Belg. *p.* 11, 12 *et* 13.)

(115) *Idem l. c. p.* 68 *et* 69. (Ed. Belg. *p.* 14.)

(116) *Idem l. c. p.* 70. (Ed. Belg. *p.* 15.)

Cum etenim omnes corporis ſani actiones in hoc agunt et quaſi conſpirant, ut omnes partes conſtitutivae conjungantur et in unum ſcopum tendant, et ſic ſerventur, omnis imminutio hujus conſpirationis est immunitio vitalitatis, qua talis.

Cum autem omnis corporis pars quamdam habeat capacitatem ad vitam, hic certe dantur gradus quidam intenſitatis ſupra vel infra quam vitalitas imminuitur. Si ergo conſpiratio haec eousque ſit imminuta, ut affinitas chemica affinitatem vitalem ſuperet, oritur niſus ad disſolutionem, vel ipſa disſolutio incipiens qua talis, quae, ſi lente procedat, morbi oriuntur putridi, ad quos ſcorbuti varii gradus referri posſunt; ſi autem ſubito, aut majori intenſitate, hoc fiat, nervi inde morboſe afficiuntur, et oritur febris ſpecies, quae putrida vocatur (117).

Om-

(117) Haec explicatio ergo *totidem* convenit cum definitione patris ejusque explicationibus ad hanc materiem l. c. factis. — Neque adeo differt ab illa, quae Cl. HECKER l. c. pasſim dedit. — Inquit nempe alibi " cum irritabilitas et ſenſibilitas, uno verbo tota vita animalis, quam proxime fundata ſit in mixtione determinata materiei animalis, et in ejusdem vegetationibus et reproductionibus regulariter progredientibus, debet haec vita neceſſario hanc materiem linquere, cumprimum ejus conditiones, quae in hac mixtione ſitae ſunt, tollantur. — Dantur attamen gradus putredinis ſic dictae ſupra deſcriptae, in quibus vita non amplius ſuſtentari potest, et ubi haec materies inſuperabiliter cadit ſub illis legibus, quae in natura mortua valent." " Da Irritabilität und Senſibilität, kurz das geſammte thieriſche leben, zunachst in der beſtimmten Misſchung der Thieriſche Materie, und in ihren regelmäszig fortſchreitenden Vegetationem und Reproductionem gegrundet ist, ſo musz dieſes Leben nothwendig die Materie verlasſen, ſobald ſeine bedinguugen, die in jenen Miſchung liegen, aufgeheben werden. Es giebt demnach Grade des oben beſchriebenen, ſogenamten fauligen züſtandes, bei welchen die Erhaltung des Lebens unmöglich werden musz, und wo jene Materie unaufhaltſam unter die Gezetze fällt, welche in de todten Natür gelten.") *l. c. p.* 128 *et* 129. (*Ed. Belg. p.* 97.)

Videntur ergo ſcriptores non adeo inter ſe disſentientes in re ipſa, quam quidem in explicationis modo, dum nemo contendet illum gradum putredinis in vivo corpore locum habere posſe, in quo Phosphorus, vel Ammonia evolvitur vel Nitrum componi-

tur,

Omnis hic ergo cura consistit in affinitate chemica diminuenda et in affinitate vitali augmentanda, dirigenda.

Hoc autem non immediate sed mediate tentatur remediis, quae, uti ubique, differunt pro ratione differentiae caussarum et effectuum.

Sed in genere talia sint oportet ut, ubi hoc fieri possit, caussam vel fomitem morbi tollant et calorem diminuant, ut vires erigant, ut mixtionem humorum et solidorum naturalem conservent, vel restituant, et tandem secretiones et secreta alterantia, vel jam alterata, corrigant.

Ad *priora* in genere pertinent aër purus (118), lavatio totius corporis vel partis alicujus (119), decubitus in cubili aperto, amotio vel decompositio miasmatis (120), expulsio tandem materiei peccantis (121).

Ad

tur, in hoc certe putredinis statu omnis vita non solum, sed et aptitudo ad vitam abest.

Conf. *Ueber die Fäulniss lebender und todter thierischer Körper; ueber Fäulkrankheiten und Fäulnisswidrige Mittel, Hildburghauzen* 1795.

Et SEYBERT *ueber die Fäulniss des Bluts in lebenden Thierischer Körper: aus dem Englischen ueberſetst von* W. DAVIDSON, *Berlin* 1798.

(118) HUFELAND, *Ueber die Kriegspest*, p. 131. (Ed. Belg. *p.* 111 *et* 112.)

(119) Conf. HUFELAND, HECKER et CURRIE *passim.*

(120) Inter remedia hujus generis pertinent sine dubio fumigationes acidae, sic dictae minerales, quarum effectus non solum in decompositione miasmatis, sed et in hisce casibus, in excitatione corporis vivi, morbose affecti consistit, ita ut aegri interdum hosce vapores appetant. — Conf. GUYTON DE MORVEAU *Traité des moyens de d'esinfecter l'air, Paris* edit. 3. et notas quas Pater meus ad versionem belgicam primae edit. adjecit. SMITH *description of the jail distemper*, Lond. 1795. et ODIER, *Observations sur les fièvres des Prisons etc.* Geneve 1801. Miror ergo quam maxime Cl. HUFELAND harum fumigationum effectum salutarem non adeo agnoscere *ueber die Kriegspest l. c. p.* 134 *et* 135. (Ed. Belg. p. 115.) cum omnes fere auctores, et inter alios omnes scriptores febris sic dictae flavae in America, Hispania et Italia, harum laudem adeo exaltaverint. Et haec HUFELANDI opinio inter Prussicos videtur generalis, cum mihi, in Nosocomio antea me-

Ad *altera* referri posſunt incitantia antiſeptica, aromatica et ſimul confortantia, uti vina auſtera, Aether, Camphora, Mosſchus, Calamus, Arnica, Cinamomum, Salix, Cinchona, Cascarilla, acida mineralia etc.

Dum autem hic praecipue rogetur an et quando Cortex Peruvianus, in hoc morbo, propinari posſit et debeat? respondeo, illum dari posſe, in omni febris putridae ſimplicis qua talis ſtadio, ſecundum morbi naturam et ſecundum hujus medicamenti qualitates chemicas et medicas, niſi aliquid accidentale hoc contra indicet.

In genere ergo concludo, quod, ſi febris, ſive ſit effectus degenerationis humorum ſolidum vivum nervosque ſtimulantium, ſive oriatur ſtimulo quodam morboſo, vel miasmate deleterio ſpecifico (122), tali vehementia agat, ut vires hanc non amplius ferre posſint, Corticem ſemper indicari; ſive ſolum, ſive aliis remediis mixtum. Concludo porro Corticem convenire per totum morbi decurſum, ubi debilitas et prostratio virium adſunt, hisce morbis propriae; ubi linguae humiditas adſtringentium uſum non negat; ubi dies criticus magna naturae molimina indicat; ubi criſis pasſiva ſit vel virium defectu, vel copia materiei ſecretae vel excretae; ubi tandem ſtatus disſolutionis adeo vehemens est, ut humores inquilini ta-

memorato, non licitum fuerit, dictas fumigationes inſtituere, dum illic continue utentur fumigationibus herbarum et baccarum aromaticarum, etiamſi MORVEAU, directis experimentis, harum inertiam, luce meridiana clarius, demonſtraverit. — Et hoc etiam in cauſa fuit, quare contagium in hisce noſocomiis adeo ſaevierit, et tot ac tantos medicos et chirurgos e medio eripuit.

(121) Emetica vel purgantia hic certe raro, ſi umquam, conveniunt: hic ergo praecipue cogitandum est de clysmatibus, et quidem talibus quae ſimul antiſeptica ſunt, uti Acetum, decoctum Salicis, Cinchonae, Rad. Arnicae etc.

(122) HUFELAND videtur in morbis ſic dictis contagioſis agnoſcere *procesſum* quemdam *morboſum*, anomaliam quamdam vitae, quae ſenſim adaucta characterem peculiarem asſumit, et tandem facultatem acquirit ſemet ipſam in corpore organico reproducendi, et procesſum chemico-vitalem ſic dirigendi, ut hinc inde evolva-

talem tenuitatem asſumunt, vel ſolida adeo ſolvuntur, ut per ostia vaſorum praeternaturaliter effluant, vel ut humores ſecreti vel coeterum contenti revera putreſcere incipiant (123).

Concludo tandem Corticis uſum tentari debere in omnibus hujus morbi complicationibus, ubi inſtitutis evacuationibus necesſariis et cum indole morbi convenientibus, neque tenſio vaſorum nimis magna, neque viscerum infarctus, neque topicae degenerationes adſint.

FEBRIS ERUPTIVA.

Cum exanthemata clasſem formant morborum, quorum materies morbifica, ſub criſis ſpecie, ad cutim provocatur, moliminibus naturae activae, haec molimina febres exanthematicae vel eruptivae vocantur, quoniam exanthemata ad cutim perducunt. — Etiam-

ſi

cur materies quaedam contagioſa qua talis ſpecifica, i. e. ipſum contagium.

" Durch dieſe vereinte und fortwirkende Krankmachende Gewalt wird nun zuerst der Organismus in gewöhnlichen Formen geſtört, und so entſtehen Fieber, Krankheiten und Kranklichkeiten, die die Form der Gewöhnlichen tragen; nach und nach aber, durch die Fortdauer oder auch ſteigerung der verderblichen Einwirkung, wird der Krankheitsproſeſs, die Anomalie des lebens, höher geſteigert, und bildet ſich in einer beſtimmten neuen Form aus, es entſteht eine neue Krankheit, die einen eignen Karakter, eigne Lokalitätsbeziehung im Organismus, und eigenthumliche Form hat; endlich; wenn ſie ihre höchſte Höhe erreicht, erhält ſie die Fähigkeit, ſich ſelbst in Organismus zu reproduziren, das heiſst, zie wird anſteckend; ſie ergreift mit ihrer Eigenthümlichkeit dergeſtalt das innerſte des chemiſchen Lebens proſesſes, dasſ ſich aus dieſem ein ſtoff entbindet, welcher die ganze krankheit in keim enthält und eine befruchtende kraft had (ein Contagium)." Vid. HUFELAND *ueber die Kriegspest p.* 102 *et* 103.

(123) Erigit, inquit MURRAYUS, in hisce febribus, ſanguinem denſat, cruentas evacuationes ſiſtit, ſymptomata ex humorum putredine tollit, avertit metaſtaſes et recidivas, criſin ſalutarem per lotium, haemorrhoides, ſudores producit. — *App. Med. T.* I. *p.* 583 *et* 584.

ſi autem in plurimis caſibus morbifica materies peculiaribus ſuis ſignis characteriſticis ſtipata cutim petat, interdum tamen transpiratione inſenſibili per cutim avolat, vel organo ſecretorio quodam evacuatur, dum febris ſolitas periodos obſervat et corpori illum characterem quaſi imprimit, ac ſi materies ſolita via fuisſet evacuata. Hinc inde ſebris illa varioloſa ſic dicta ſine variolis (124), morbilloſa ſine morbillis, hinc etiam in una corporis parte ſub forma puſtularum, in alia ſub forma macularum proveniunt exanthemata, ex quibus ſimul patet diviſionem inter exanthemata pustuloſa et maculoſa non ſemper esſe juſtam, ad quorum prima variolas, miliares, urticam et peſtem, ad ſecunda morbillos, ſcarlatinam, petechias et eryſipelas pertinere contendunt. — Quidquid ſit, hosce morbos eruptivos ſingulos tractare animus non est, ſed ſolummodo deſcribere generalia quaedam ad omnes pertinentia, ut inde pateat an et quando Cortex Peruvianus in hisce conveniat.

Exanthemata ut plurimum differunt ſua natura vel indole, decurſu vel complicatione; hae autem differentiae non videntur pendere a diverſitate materiei morbificae quatalis, ſed a conſtitutione regnante, vel ab aliis circumſtantiis accidentalibus (125).

Natura differunt, quod ſint indolis catarrhalis, inflammatoriae (126) vel putridae (127).

De-

(124) SYDENHAM, *Opera omnia Sect.* III. *Cap.* III. *p.* 162. *ed. Leid.* 1741. LUDWIG, *Inſt. Med. Clin. p.* 1. *c.* 1. *ſubj.* VII. § 176. *p.* 79 *et* BURSERIUS *vol.* II. *p.* I. *Cap.* IX. *p.* 322.

Hinc et febris pestilentialis ſine bubonibus vel carbunculis. ORRAEUS *de Peste p.* 81.

(125) Conf. ONTYD de hac quaeſtione circa variolas, peſtem etc. *l. c. p.* 168. *et ſeq.*

(126) Morbilli, uti omnibus notum, ſemper indolis *Catarrhalis* ſunt per ſe, dum variolae bonae notae ſemper aliquid inflammatorii habeant; ſed vel illi morbi eruptivi, qui non raro putrido charactere inquinantur, interdum inflammatorii obſervan-

Decurrunt vel regulariter vel irregulariter; complicantur cum constitutione biliosa (128), pituitosa, vel cum aliis morbis.

Hae autem diversitates et complicationes ad morbos pertinent jamjam descriptos, et inde methodus medendi petenda est.

Sed in omnibus his morbis stadia plus minus regularia unicuique propria adsunt, si morbus regulariter decurrit, et exinde in genere distinguimus in stadium contagii, eruptionis, maturationis et desquammationis.

In stadio contagii ut plurimum suppressio virium, debilitas, horror, calor, nausea, anxietas, evacuationes aut retentae aut nimiae adsunt; non raro delirium, interdum convulsiones; nec mirum, hostis intus est, qui, sua vi deleteria, omnes functiones perturbat, spasmum excitat universalem, conspirationis actionem salutarem diminuit et energeiam corporis non raro supprimit. Vires autem naturae medicatrices, inito conflictu, sese opponunt, reactionem producunt, et hostem propellunt, cujus locus in cute sit oportet, extra circulationem communem. Omne ergo id, quod hanc actionem promovet, hic convenit, v. g. diaphoretica, temperantia, antispasmodica pro diversa morbi natura et complicatione plus minus diversa.

In tali casu regulari ergo numquam Cortici locus est (129).

In

vantur. — Sic Pestis Londinensis, teste SYDENHAMO, epidemiam inflammatoriam jamjam extinctam secuta, indolis erat tam phlogisticae, ut vel repetitas venae sectiones requisiverit. *Op. Omn. Sect.* II. *Cap.* II. *p.* 104.

(127) Pestis Moscoviensis, quae post febrim catarrhalem putridam sequebatur, in genere indolem putridam monstravit, etiamsi plethorici interdum venaesectionem requisiverint. DE MERTENS *Obs. Med. P.* I *et* ORRAEUS, *Descripf. Pest.* quae An. 1770. *in Jassia et* 1771. *in Moscua grassavit Exp.* XXVI. *p.* 124. *Samoilowitz*, *Lettre sur les experiences des frictions glaciales pour la guerison de la Peste*, *Paris* 1781. *p.* 17 *et* 18.

(128) Inde STOLL interdum variolas sanavit purgantibus et emeticis. *Rat. Med. Part.* II. *p.* 153.

(129) In omni autem morbi stadio, si putrida dispositio adsit, Cortex exhiberi po-

In ſtadio eruptionis eadem medicamina, ſine dubio, in genere conveniunt, donec criſis perfecta ſit. — Sed in omni morbo eruptivo materies, ad cutim delata, ibidem maturat, pro ſua natura diverſa, quo, ut ita dicam, relationem ſuam cum corpore ſenſim amittit, et ſtatum vivum qua talem in ſtatum mortuum vertit. — In hoc ſtadio ergo conveniunt medicamina, quae vires in ſuis actionibus ſalutaribus ſustentant, ut recesſus materiei prohibeatur, febris nimis vehemens temperetur, et ſymptomata inſolita arceantur vel mitigentur. — Hic ergo, vel in ſolito caſu, ubi vires deficere incipiunt, et corpus vel aliquantulum purum ſit, interdum jam Corticem propinari posſe, et ratio indicat, et experientia confirmat; ſive Corticém hic ut cardiacum, ſive ut confortans, ſive tandem ut remedium antifebrile conſideres, dum incitando actiones vitales corporis langueſcentes vim expellentem vaſorum adaugeat, tonum corporis reparet, vel febrim nimis vehementem vel nimis longe durantem et asſimilatricem diminuat, criſi materiei jamjam peracta. In ſtadio desquamationis vel ſeparationis tandem non raro Cortici locus est, ſi nimia debilitate functiones digestionis chymi et chylificationis langueſcant, ſi corpus ſudoribus profuſis quaſi diffluat, aut nimia ſenſibilitate in febrem hecticam incidat.

potest. — Sic DE HAEN jam in morbi principio, ante eruptionem Corticem dedit. *Rat. Med. P.* 3. *p.* 36. *P.* 2. *p.* 192. In Miliaribus idem *P.* 3. *p.* 67. In angina Miliari BRUNING, *conſt. epid. p.* 64 *et ſeq.* In variolis mali moris MORTON *Oper T.* 3. *p.* 185. MONRO *Med. Esſays Vol.* 5. *p.* 98 *et ſeq.* WALL, *Phil. Transact. Vol.* 44. *p.* 2. *No.* 484. *p.* 583 *et ſeq.* MEAD, *Oper. Tom.* I. *de Variol. et Morb. p.* 37. HUXHAM, *T.* 2. *p.* 142. BROCKLESBY, *Obſ. p.* 240. Conf. et alios adhuc auctores in *App. Med.* a MURRAY citatos. *p.* 586. *et ſeq.*

TANTUM.

PO-

POSITIONES MEDICI ARGUMENTI.

I.

Corticis Peruviani duae inprimis ſunt virtutes, altera chemica, altera medica; illa condenſat, adſtringit, ſepſin diminuit; altera incitat, corroborat, febres debellat.

II.

Haec virtus Cortici bonae notae qua tali ſpecifica, altera plurimis confortantibus plus minus communis.

III.

Omnis Corticis pars ſuum in praxi vindicat locum, ſemper autem, niſi contra indicetur, *in ſpecie* plus valet.

IV.

In febribus continuis Cortex, ut alia confortantia, agere videtur; in intermittentibus ſpecifice.

V.

Quo magis febris a continuitate recedit, eo major Cortici locus est et contra.

VI.

V I.

In febribus inflammatoriis, catarrhalibus, biliofis, nervofis et eruptivis, Cortex, e natura morbi, qua tali, non convenit; viribus autem deficientibus, morbo ad finem vergente, vel et in complicationibus nonnullis, interdum fructuofe adhiberi potest.

V I I.

In febre putrida fimplici, qua tali, nonnunquam Cortex, vel ab initio, propinari poteft, vel fimplex, vel aliis medicamentis commixtus.

V I I I.

Ubi V. S. e natura morbi indicatur, Cortex contraindicatur.

I X.

Diftinguo inter febres biliofas ftricte fic dictas et inter quafi biliofas feu gastricas.

X.

Putredo incipiens in humoribus nostris inquilinis locum habere potest, numquam autem ille putredinis gradus, in quo Ammonia vel Phosphorus evolvitur.

X I.

Primus ille gradus cum vita perfiftere potest, fecundus numquam.

X I I.

In ratione ergo diminutionis attractionis vitalis, qua talis, affinitas chemica increscit.

XIII.

Putredo ergo in parte viva, qua talis, si exstat, semper sequela, non causa est.

XIV.

In febribus inflammatoriis systema sanguiferum, in febribus catarrhalibus systema seroso-lymphaticum, in febribus biliosis systema hepaticum, in febribus nervosis cerebrum ejusque organa, in febribus putridis tandem totum corpus, jam ab initio, praecipue pati videtur.

XV.

Vasa absorbentia nunquam acria, venena et oeconomiae animali nociva assumunt, nisi eorum ostiis antea nova inducta fuerit agendi ratio, cujus effectus est, ut apta reddantur ad ea assumenda, quae in statu sano respuebant.

XVI.

Minus recte mihi videtur RICHERAND (*Tom.* I. *pag.* 227. *ed. tert.*) dixisse, si verum sit mulieres, minus frequenter et minorem copiam faecum deponere viris, causa ejus phaenomeni, nunquam mihi quaerenda in eo, quod purgatio menstrualis in locum illarum secretionum intestinalium successerit.

XVII.

Minus recte HIPPOCRATES. Hieme ventres, quam aestate calidiores esse.

XVIII.

Recte HIPPOCRATES (*Aph.* 14. *S.* 2.) Senibus modicum esſe calorem, frigidum esſe ipſorum corpus.

XIX.

Recte Cl. GAUBIUS *in Pathol.* §. 746. ſpasmi non adeo conſtanter nocent, ut non ſaluberrima inter naturae auxilia ad avertendos ſanandosque morbos merito haberi debeant.

XX.

Morbi congeniti mihi videntur tribuendi labi primordiali materiae genitalis, ut ait Cl. GAUBIUS *in Pathol.* §. 844.

9